 cognouit occasum suum **P**osuisti tene

bras et facta est nox: in ipsa p̄transibūt
omnes bestie silue. **C**atuli leonum rugi
entes ut rapiant et querant ad eo escam
suam. **O**rtus est sol et congregati sunt:
et incubilibz suis collocabuntur. **E**xibit
homo ad opus suum: et ad operationem
suam usq; ad uespam. **Q**uam magnifi
cata sunt opatua dñe: omnia insapien
cia fecisti: impleta est terra possessione
tua. **H**oc mare magnum et spaciosum
manubz: illic reptalia quorum nō est nu
merus. **A**nimalia pusilla cum magnis:
illic naues p̄transibunt. **O**raco iste quē
formasti ad illudendum ei: omnia a te
expectant ut des illis escam in tempore.
Odante te illis colligent: apiente te ma
num tuam omnia implebuntur boni
tate. **A**uertente autem faciem turbabun
tur: auferes spiritum eorum et deficient:
et in puluerem suum reuertentur. **E**mit
te spiritum tuum et creabuntur: et reno

uabis faciem terre **S**it gloria dñi in se-
culum: letabitur dñs in operibus suis.

Qui respicit terram et facit eam tremere:
qui tangit montes et fumigant. **C**an-
tabo dño in uia mea: psallam deo meo
quam diu sum. **I**ocundum sit ei eloqui-
um meum: ego uero delectabor in dño.

Defiant peccatores a terra: et iniqui ut
ut non sint: benedic anima mea dño.

Confitemini dño et inuocate no-
men eius: annunciate inter gen-
tes opa eius. **C**antate ei et psallite
ei: narrate omnia mirabilia eius. **L**au-
damini nomini scō eius: letetur cor que-
rentium dñm. **Q**uerite dñm et confir-
mami: querite faciem eius semper.

Mementote mirabilium eius que fecit:
prodigia et iudicia oris eius. **S**emen
abraham serui eius: filij iacob electi ei.

Ipsa dñs dñs n̄r: in uniuersa terra iudicia
eius. **M**emor fuit in sc̄m testamenti sui:

uerbi quod mandauit in mille genera-
tiones. **Q**uod disposuit ad abraham: et
iuramenti sui ad ysaac. **E**t statuit illud
iacob in preceptum: et israel testamentum
eternum. **D**icens tibi dabo terram chana-
an: funiculum hereditatis ure. **C**um
essent numero breui: paucissimi et inco-
le eius. **E**t pertransierunt de gente in gen-
tem: et de regno ad populum alterum.

Non reliquit hominem nocere eis: et cor-
ripuit pro eis reges. **N**olite tangere christos
meos: et in prophetis meis nolite maligna-
ri. **E**t uocauit famem super terram: et om-
ne firmamentum panis contriuit. **M**isit
ante eos uirum: in seruum uenun-
datus est ioseph. **H**umiliauerunt in com-
pedibus pedes eius: ferrum pertransiit ani-
mam eius: donec ueniret uerbum eius.
Eloquium domini inflammauit eum: mi-
sit rex et soluit eum: princeps populorum
et dimisit eum. **C**onstituit eum dominum

domus sue: et principem omnis posses-
 sionis sue **V**t erudiret principes eius si-
 cut se metipsum: et senes eius prudentiam
 doceret **E**t intrauit israhel in egyptum: et
 iacob accola fuit in terra cham **E**t auxit
 populum suum uehementer: et firmauit eum
 super inimicos eius **C**onuertit cor eorum
 ut odirent populum eius: et dolum facerent
 in seruos eius **M**isit moysen seruum su-
 um: aaron quem elegit ipsum **P**osuit
 in eis uerba signatorum suorum: et pro-
 digiorum in terra cham **M**isit tenebras
 et obscurauit: et non exacerbauit sermo-
 nes suos **C**onuertit aquas eorum in san-
 guinem: et occidit pisces eorum **E**didit
 terra eorum ranas: in penetrabilibus regum
 ipsorum **D**ixit et uenit cyconia et cy-
 nophes: in omnibus finibus eorum **P**osuit
 pluuias eorum grandinem: ignem com-
 buurentem in terra ipsorum **E**t percussit
 uineas eorum et ficulneas eorum: et con-

travit lignum finium eorum. **O**xit, et
venit locusta et bruchus, cuius non erat nu-
merus. **E**t comedit omne fenum in terra
eorum: et comedit omnem fructum terre
eorum. **E**t percussit omne primogenitum
in terra eorum: primitias omnis laboris
eorum. **E**t eduxit eos cum argento et
auro: et non erat in tribubus eorum infirmus.

Letata est egyptus in profectioe eorum:
quia incubuit timor eorum super eos. **E**x-
pandit nubem in protectione eorum: et ig-
nem ut luceret eis per noctem. **P**etierunt
et venit coturnix: et pane celi saturavit
eos. **D**irupit petram et fluxerunt aque:
abierunt in sicco flumina. **Q**uo memor
fuit verbi sancti sui: quod habuit ad abra-
ham puerum suum. **E**t eduxit populum
suum in exultatione: et electos suos in le-
ticia. **E**t dedit illis regiones gentium:
et labores populorum possiderunt. **E**t au-
todiant iustificationes eius: et legem eius

requirant **G**loria patri et filio. **P**

Confitemini dño qm̄ bonus: qm̄ in
 scdm̄ misericordia eius **Q**uis loquetur
 potentias dñe: auditas faciet om̄es
 laudes eius **B**eati qui custodiunt iudi
 cum: et faciunt iusticiam in omni tem
 pore **M**emento nr̄i dñe in beneplacito
 populi tui: visita nos in salutari tuo **A**d
 uidendum in bonitate electorum tuorum
 ad letandum in leticia gentis tue: ut lau
 deris cum hereditate tua **P**eccavimus
 cum patribz nr̄is: iniuste egimus ini
 quitatem fecimus **P**atres nr̄i in egypto
 nō intellexerunt mirabilia tua: non fu
 erūt memores multitudinis misericordie tue.
Et irritauerūt ascendentes in mare:
 mare rubrum **E**t saluauit eos prop
 ter nomen suum: ut notam faceret po
 tentiam suam **E**t increpauit mare
 rubrum et exsiccatum est: et deduxit
 eos in abyssis sicut in deserto **E**t sal

e

e

uauiit eos de manu odientium: et redemit
eos de manu inimici. **E**t opuit aqua tri
bulantes eos: unus ex eis non remansit. **E**t
crediderunt uerbis eius: et laudauerunt
laudem eius. **C**ito fecerunt obliti sunt
operum eius: non sustinuerunt consilium
eius. **E**t concupierunt concupiscenciam
in deserto: et temptauerunt deum in ina
quoso. **E**t dedit eis petitionem ipsorum: et
misit saturitatem in animas eorum.
Et irritauerunt moysen in castris: aa
ron scilicet domini. **A**perta est terra et de
glutiuit dathan: et opuit sup congre
gationem abiron. **E**t exarsit ignis in
synagoga eorum: flamma combussit
peccatores. **E**t fecerunt vitulum in oreb:
et adorauerunt sculptile. **E**t mutaue
runt glam suam in similitudine uituli:
comedentis fenum. **O**bliti sunt deum
qui saluauit eos: qui fecit magnalia
in egypto: mirabilia in terra cham: ter

ribilia in mari rubro **E**t dixit ut disperderet eos: si non moyses electus eius stetit in confractone in conspectu eius **V**t auerteret iram eius ne disperderet eos: pro nichilo habuerunt terram desiderabilem.

Non crediderunt uerbo eius: et murmurauerunt in tabernaculis suis: non audierunt uocem domini **E**t eleuauit manum suam super eos: ut prosterneret eos in deserto.

Et ut deiceret semen eorum in nationibus: et disperderet eos in regionibus **E**t in iactati sunt beelphegor: et comederunt sacrificia mortuorum **E**t irritauerunt eum in adinventionibus suis: et multiplicata est in eis ruina **E**t stetit finis et placauit: et cessauit quassatio **E**t reputatum est ei ad uultum: in generatione et generatione usque in sempiternum **E**t irritauerunt eum ad aqua contradictionis: et uexatus est moyses propter eos: quia exacerbauit spiritum eius **E**t distinxit

in labijs suis nō dispicerunt gentes:
quas dixit dñs illis **E**t commixti sūt
inter gentes et didicerunt opa eorum:
seruierunt sculptilibz eorum: et factum
est illis in scandalum **E**t immolauerūt
filios suos et filias suas demonijs **E**t ef
fuderūt sanguinem innocentem: sangu
inem filioꝝ suoꝝ et filiarū suarū quas
sacrificauerunt sculptilibz chanaan **E**t
interfecta est terra in sanguinibz: et con
taminata est in opibz eorum: et fornicati
sunt in adinventionibz suis **E**t iratus
est furore dñs in p̄plo suo: et abhominat⁹
est hereditatem suam **E**t tradidit eos
in manus gentium: et dominati sūt eoy
qui oderunt eos **E**t tribulauerūt eos
inimici eorum: et humiliati sūt sub ma
nibz eorum: sepe liberauit eos **I**psi au
tem exacerbauerunt eum in consilio suo:
et humiliati sunt in iniquitatibz suis.
Et uidit cum tribularentur: et audiuit

orationem eorum **E**t memor fuit testam
 ti sui: et penituit eum scdm multitudinē
 misericordie sue **E**t dedit eos in misericordias: in
 conspectu omnium qui ceperant eos **S**al
 uos fac nos dñe d's noster et congrega nos
 de nationibz **V**t confiteamur nomini scō
 tuo: et gloriemur in laude tua **B**enedict'
 dñs d's isrl': a sclo et usq; in scdm: et dicet
 omnis populus fiat fiat. **G**loria. **P**

Confitemini dño qm bonus: qm in
 scdm misericordia eius **D**icant nunc
 qui redempti sunt a dño: quos re
 demit de manu inimici: et de regionibz
 congregavit eos **A** solis ortu et occasu:
 ab aquilone et mari **E**rrauerunt in
 solitudine in inaquoso: uiam ciuitatis
 habitaculi nō inuenerunt **E**surientes
 et sicientes: anima eorum in ipsis defecit.
Et clamauerūt ad dñm cum tribularen
 tur: et de necessitatibz eorum eripuit eos.
Et deduxit eos in uiam rectam: ut

uent in ciuitatem habitationis **C**onfitean-
tur dño misericordie eius: et mirabilia eius
filijs hominum **Q**uia faciauit animam
inanem: et animam esurientem faciauit
bonis **S**edentes in tenebris et umbra mor-
tis: uinctos in mendicitate et ferro **Q**uia
exacerbauerunt eloquia dei: et consiliū
altissimi irritauerunt **E**t humiliatū
est in laboribus cor eorum: infirmati sūt
nec fuit qui adiuuaret **E**t clamaue-
runt ad dñm cum tribularentur: et de
necessitatibus eorum liberauit eos **E**t eduxit
eos de tenebris et umbra mortis: et uin-
cula eorum dirupit **C**onfiteantur do-
mino misericordie eius: et mirabilia eius fi-
lijs hominum **Q**uia contriuit portas
ereas: et uectes ferreos confregit **S**usce-
pit eos de uia iniquitatis eorum: ppter
iniusticia enim sua humiliati sunt **O**m-
nem escam abhominata est anima eorum:
et appropinquauerūt usq; ad portas

mortis **E**t clamauerunt ad dñm cum tri-
 bularentur: et de necessitatibus eorū libera-
 uit **M**isit iūbium suum et sanauit eos:
 et eripuit eos de interitionibus eorū **C**on-
 fiteantur dño misericordie eius: et mirabilia
 eius filijs hominum **U**t sacrificent sa-
 crificium laudis: et annuncient opa ei⁹
 in exultatione **Q**ui descendunt mare in
 nauibus: facientes opationem in aquis mul-
 tis **I**psi uiderunt opa dñi: et mirabilia
 eius in profundo **O**rixit et stetit sp̄s procelle:
 et exaltati sunt fluctus eius **A**scendunt
 usq; ad celos et descendunt usq; ad abyssos:
 anima eorū in malis tabescebat **T**ur-
 bati sunt et moti sunt sicut ebruis: et
 omnis sapientia eorum deuorata est.
Et clamauerunt ad dñm cum tribu-
 larentur: et de necessitatibus eorū eduxit
 eos **E**t statuit procellam eius in auram:
 et siluerunt fluctus eius **E**t letati sūt
 quia siluerūt: et deduxit eos in portum

uoluntatis eorum **C**onfiteantur dño mi
sericordie eius: et mirabilia eius filijs ho
minum **E**t exalcent eum in ecclesia ple
bis: et in cathedra seniorum laudent eū.
Posuit desertum in stagna aquarum:
et terram sine aqua in exitus aquarū.
Et collocauit illic esurientes: et consti
tuerunt ciuitatem habitationis **E**t se
minauerunt agros et plantauerunt
uineas: et fecerunt fructum natiuita
tis **E**t benedixit eis et multiplicati sūt
numis: et iumenta eorum nō minorauit.
Et pauci facti sunt et uerati sunt: attri
bulatione malorum et dolore **E**ffusa
est contritio sup principes: et errare fe
cit eos in uia et nō uia **E**t adiuuit
paupem de inopia: et posuit sicut oues
familias **V**idebunt recti et letabuntur:
et omnis iniquitas opulabit os suum.
Quis sapiens et custodiet hec: et intel
liget misericordias domini. **G**lā

Paratum cor meum d's paratum cor
 meum: cantabo et psallam in gloria
 mea **E**xurge psalterium et cythara:
 exurgam diluculo **C**onfitebor tibi in po
 pulis dñe: et psallam tibi in nationibus.
Quia magna est sup celos misericordia tua:
 et usq; ad nubes ueritas tua **E**xaltate
 super celos deus: et sup omne terram gl'a
 tua: ut liberentur dilecti tui **S**aluum
 fac dextera tua et exaudi me: d's locutus
 est in scō suo **E**xultabo et diuidam sic
 cumam: et conuallem tabernaculorum
 dimetiar **D**eus est galaad et meus est
 manasses: et effraym susceptio capitis
 mei **J**uda rex meus: moab olla spei
 mee **I**n iouineam extendam calcamen
 tum meum: michi alienigene amici
 facti sunt **Q**uis deducet me in ciuitate
 munitam: quis deducet me usq; in iou
 ineam **N**onne tu es d's qui repulisti
 nos: et nō exabis deus in uirtutibus nōis.

Roga nobis auxilium de tribulatione:
quia uana salus hominum. **I**n deo fa-
ciemus uirtutem: et ipse ad nichilum
deducet inimicos nostros. **G**loria.

Dominus laudem meam ne tacueris:
quia os peccatoris et dolosi super me
captum est. **L**ocuti sunt aduersum
me lingua dolosa: et sermonibus odij cir-
cumdederunt me: et expugnauerunt me
gratis. **P**ro eo ut me diligerent detrahe-
bant michi: ego autem orabam. **E**t po-
suerunt aduersum me mala pro bonis:
et odium pro dilectione mea. **C**onstitue
super eum peccatorem: et dyabolus stet
adextris eius. **C**um iudicatur exeat
condempnatus: et oratio eius fiat in
peccatum. **F**iant dies eius pauci: et e-
piscopatum eius accipiat alter. **F**iant
filius eius ocephani: et uxor eius uidua.
Mutantes transferantur filii eius et
mendicent: eiciantur de habitatione

bus suis **S**crutetur fenerator omnem sub
 stantiam eius: et di **R**ipiant alieni
 labores eius **N**on sit illi adiutor: nec
 sit qui misereatur pupillis eius **F**iant
 nati eius in interitum: in generatione
 una deleatur nomen eius **I**n memori
 am redeat iniquitas patrum eius in con
 spectu dñi: et peccatum matris eius nō
 deleatur **F**iant contra dñm semp: et
 dispeat de terra memoria eorum: p̄ eo qd̄
 non est recordatus facere misericordiam **E**t
 p̄secutus est hominē inopem et mendic
 eum: et compunctum corde mortificavit.
Et dilexit maledictionē et ueniet ei:
 et noluit benedictionem et elongabit
 ab eo **E**t induit maledictionē sicut
 uestimentum: et utrauit sicut aqua
 interiora eius: et sicut oleum in ossibus
 eius **F**iat ei sicut uestimentū: quo opi
 tur: et sicut zona qua semp̄ precingi
 tur **H**oc opus eorū qui detrahūt michi

apud dñm: et qui loquuntur mala adu-
sus animā meam **E**t tu dñe dñe
fac metum misericordiam tuam propter nomen tuum:
quia suavis est misericordia tua **H**ibera me
quia egenus et pauper ego sum: et cor me-
um conturbatum est in terra mea **S**icut
umbra cum declinat ablatus sum: et
excussus sum sicut locusta **G**enua mea
infirmata sunt a ieiunio: et caro mea
immutata est propter oleum **E**t ego fac-
tus sum obprobrium illis: uiderunt
me et mouerunt capita sua **A**diuuā
me dñe d's meus: saluum me fac propter
misericordiam tuam **E**t sciant quia ma-
nus tua haec: et tu dñe fecisti eam **M**a-
ledicent illi et tu benedices: qui insur-
gunt in me confundantur: seruus au-
tem tuus letabitur **I**nduantur qui
detrahunt michi pudore: et opiantur
sicut dypluide confusione sua **C**onfi-
tebor dño nimis in ore meo: et in me





dio multorum laudabo eum **Q**ui as-
tit ad dexteris paupis: ut saluam fa-
ceret a persequentibz animam meam.



Per **S**
xit dñs dño
meo: sede a
dextris meis.
Ponet ponam
inimicos tu
os: scabellū
pedum tuorū.
Virgam vir-
tutis tue emit

tet dominus ex syon: dominare in me-
dio inimicorum tuorum **T**ecum prin-
cipium in die virtutis tue: in splendori-
bz scōrum: exutero ante luciferum genui-
te. **I**uravit dñs et nō penitebit eum:
tues sacerdos in eternum: scđm ordinem
melchisedech **D**ñs ad dextris tuis confre-
git: in die ire sue reges **I**udicabit in na-

cionibus implebit ruinas: conquassabit
capita interiora multorum. **O** et torrente
inuisa bibet: propterea exaltabit caput.

Confitebor tibi dñe in toto corde
meo: in consilio iustorum et congre-
gatione. **M**agna opera dñi: exqui-
sita in omnes uoluntates eius. **C**onfessio
et magnificentia opus eius: et iustitia
eius manet in scdm scdm. **M**emoriam fecit
mirabilium suorum misericors et misera-
tor dñs: escam dedit timentibus se. **M**emor
fuit in seculum testamenti sui: uirtutē
opum suorum annuntiabit populo suo.
Vt det illis hereditatem gentium: opa
manuum eius ueritas et iudicium. **F** f
delia omnia mandata eius confirmata
in scdm scdm: facta in ueritate et equitate.
Redemptionem misit dñs populo suo:
mandauit in eternum testamentū suū.
Sanctum et terribile nomen eius: ini-
cium sapientie timor dñi. **I**ntelectus

bonus omnibus facientibus eum: laudatio
eius manet in seculum seculi. **Gloria.**

Batus uir qui timet dñm: in man
datis eius uolet nimis. **M**otens in
terra erit semen eius: generatio rec
torum benedicetur. **Gloria** et diuitie in
domo eius: et iusticia eius manet in sc̄m
seli. **E**xortū est in tenebris lumen rectis:
misericors et miserator, et iustus. **L**ocun
dus homo qui miseretur et comodat dis
ponet sermones suos in iudicio: quia in
eternum nō commouebitur. **I**n memoria
eterna erit iustus: ab auditione mala nō
timebit. **P**aratum cor eius sperare in do
mino: confirmatū est cor eius nō comoue
bitur: donec despiciat inimicos suos. **D**is
psit dedit pauperibus iusticia eius manet
in sc̄m seli: cornu eius exaltabitur in gl̄a.
Peccator uidebit et uascetur: dentibus
suis fremet et tabescet: desiderium pec
catorum peribit. **Gloria.**

Laudate pueri dñm: laudate nomen
dñi. **S**it nomen dñi benedictum: ex hoc
nunc et usq; in seculum. **A** solis ortu usq;
ad occasum: laudabile nomen domini.
Excelsum sup omnes gentes dñs: et sup
celos gloria eius. **Q**uis sicut dñs deus
nr qui in altis habitat: et humilia re
spicit in celo et in terra. **S**uscitans
a terra inopem: et de stercore erigens
pauperem. **V**t collocet eum cum princi
pib;: cum principib; ppli sui. **Q**ui habi
tare facit sterilem in domo: matrem
filiorum letantem. **G**loria. **R**
Exitu israhel de egypto: domus ia
cob de populo barbaro. **F**acta est iu
dea sanctificatio eius: israhel potestas
eius. **M**are uidit et fugit: iordanis con
uersus est retrorsum. **M**ontes exulta
uerunt ut arietes: et colles sicut agni
ouium. **Q**uid est tibi mare quod fugis
ti: et tu iordanis quia conuersus es

retrosum **M**ontes exultastis sicut arietes:
 et colles sicut agni ouium **A**facie dñi mo
 ta est terra: a facie dei iacob **Q**ui conuittit
 petram in stagna aquarum: et rupem in
 fontes aquarum **N**on nobis dñe nō no
 bis: sed nomini tuo da gloriam **S**up mi
 sericordia tua et ueritate tua ne quando
 dicant gentes ubi est deus eorum **D**eus
 autem n̄r in celo: omnia quecumq; uo
 luit fecit **S**imulachra gentium argen
 tum et aurum: opera manuum hominū.
Os habent et non loquentur: oculos ha
 bent et nō uidebunt **A**ures habent et
 nō audient: nares habent et nō odora
 bunt **M**anus habent et nō palpabūt:
 pedes habent et nō ambulabunt: nec
 clamabunt in gutture suo **S**imiles
 illis fiant qui faciunt ea: et omnes qui
 confidunt in eis **D**omus israhel spera
 uit in dño: adiutor eorū et p̄tector eorū
 est **D**omus aaron sperauit in dño: ad
 J.

uitor, eorum et protector, eorum est **Q**ui
timent dñm spauerunt in dño: adiutor,
eorum et protector, eor, est **O**ñs memor,
fuit nri: et benedixit nobis **B**enedixit
domui isrl: benedixit domui aaron **B**e
nedixit omnibz qui timent dñm: pusil
lis cum maioribz **A**diciat dñs sup uos:
sup uos et sup filios ur̄os **B**enedicti uos
dño: qui fecit celum et terram **C**elum
celi dño: terram autem dedit filiis homi
num **N**on mortui laudabunt te dne:
neqz omnes qui descendunt in infernũ.
Sed nos qui uiuimus benedicimus do
mino: ex hoc nunc et usqz in seculum.

Dilexi qm̄ exaudiet dñs: uocem orati
onis mee **Q**uia inclinauit aurem
suam mihi: et in dieb; meis inuoca
bo **C**ircumdederunt me dolores mortis:
et pericula inferni inuenerunt me **T**ri
bulationem et dolorem inueni: et no
men dñi inuocaui **O** dñe libera animã

meam misericors dñs et iustus: et dñs n̄r
 miseretur **C**ustodiens paruulos dñs:
 humiliatus sum et liberauit me **C**on
 uertere anima mea in requiem tuam:
 quia dñs benefecit tibi **Q**uia eripuit
 animam meā de morte. oculos meos ala
 crimis: pedes meos a lapsu **P**lacebo do
 mino: in regione uiuorum **G**loria. **P**

Rediti propter quod locuti sū:
Ego autem humiliatus sum nimis.
Ego dixi in excessu meo: omnis ho
 mo mendax **Q**uid retribuam dño: pro
 omnibus que retribuit michi **C**alicem
 salutaris accipiam: et nomen dñi inuo
 cabo **V**ota mea dño reddam coram om
 ni populo eius: preciosa in conspectu do
 mini mors scōrum eius **O** dñe quia ego
 seruus tuus: ego seruus tuus et filius
 ancille tue **O**rupisti uincula mea tibi
 sacrificabo hostiam laudis: et nomen
 dñi inuocabo **V**ota mea dño reddam

In conspectu omnis populi eius: in attri-
is domus dñi in medio tui ierusalem.
Laudate dñm omnes gentes: lau-
date eum omnes populi. **Q**uò confir-
mata est sup nos misericordia eius: et ve-
ritas dñi manet in eternum. **G**loria
Confitemini dño qm̄ bonus:
qm̄ in sc̄m̄ misericordia ei. **O**icat
nunc isrl' qm̄ bonus: qm̄ in sc̄m̄
misericordia eius. **O**icat nunc domus aa-
ron: qm̄ in sc̄m̄ misericordia eius. **O**icant
nunc qui timent dñm: qm̄ in sc̄m̄ mi-
sericordia eius. **O**e tribulatione inuo-
caui dñm: et exaudiuit me in latitu-
dine dñs. **O**ñs michi adiutor: nō time-
bo quid faciat michi homo. **O**ñs mi-
chi adiutor: et ego despiciam inimicos
meos. **B**onum est confidere in dño:
quā confidere in homine. **B**onum
est sperare in dño: quā sperare in princi-
pibz. **O**mnes gentes circuierunt me:

et in nomine dñi quia ultus sum in eos.

Circumdantes circumdederunt me:

et in nomine dñi quia ultus sum in eos.

Circumdederunt me sicut apes et exar-

serunt sicut ignis in spinis: et in nomi-

ne dñi quia ultus sum in eos. **I**mpulsus

eversus sum ut caderem: et dñs suscepit

me. **F**ortitudo mea et laus mea dñs: et

factus est michi in salutem. **V**ox exulta-

tionis et salutis: in tabernaculis iustorum.

Dextera dñi fecit uirtutem: dextera dñi

exaltauit me: dextera dñi fecit uirtutem.

Non moriar sed uiuam: et narrabo opa

dñi. **C**astigans castigauit me dñs et mor-

ti nō tradidit me. **A**perite michi portas

iusticie ingressus in eas confitebor dño:

hec porta dñi iusti intrabunt in eam.

Confitebor tibi dñe qm exaudisti me:

et factus es michi in salutem. **L**apidem

que reprobauerunt edificantes: hic fac-

tus est in caput anguli. **A**dño factum

est istud: et est mirabile in oculis nostris.

Hec est dies quia fecit dominus: exultemus et
letemur in ea. **O** domine saluum me fac: o
domine bene prosperare: benedictus qui uen
turus es in nomine domini. **B**enediximus
uobis in nomine domini: deus dominus et illuxit
nobis. **C**onstituite diem sollempnem
in condensis: usque ad cornu altaris. **O**e
us meus est et confitebor tibi deus meus
es tu et exaltabo te. **C**onfitebor tibi quoniam
exaudisti me: et factus es michi in salu
tem. **C**onfitemini domino quoniam bonus: quoniam
in seculum misericordia eius. **G**loria **P**

Beati immaculati in uia: qui
ambulant in lege domini. **B**eati
qui seruantur testimonia eius:
in toto corde exquirunt eum. **N**on enim
qui operantur iniquitatem: in uisum eius
ambulauerunt. **T**u mandasti manda
ta tua: custodire nimis. **U**tinam di
rigantur uisus mei: ad custodiendas ius

Justificationes tuas **T**unc nō confundar:
cum prosperero in omnibus mandatis tuis.

Confitebor tibi in directione cordis in eo
quod didici iudicia iusticie tue **I**usti
ficationes tuas custodiam: nō me dere
linquas usq; quaq; **I**n quo corrigi ad
lescentior viam suam: in custodiendo ser
mones tuos **I**n toto corde meo exquisi
ui te: ne repellas me a mandatis tuis.

In corde meo abscondi eloquia tua: ut nō
peccem tibi **B**enedictus es dñe: doce me
iustificationes tuas **I**n labijs meis pro
nunciaui omnia iudicia oris tui **I**n
via testimoniorum tuorū delectatus sū:
sicut in omnibus divitijs **I**n mandatis
tuis exercebor: et considerabo vias tuas.

In iustificationibus tuis medicabor: nō ob

liviscar sermones tuos **G**loria **P**

Reribue seruo tuo vivifica me:

et custodiam sermones tuos **R**e

vela oculos meos: et considerabo mira

libilia de lege tua **I**ncola ego sum in terra:
nō abscondas a me mandata tua **C**oncu-
puit anima mea: desiderare iustificati-
ones in omni tempore **I**ncrepasti super-
bos: maledicti qui declinant a mandatis
tuis **A**ufer a me obprobrium et contemp-
tum: quia testimonia tua exquisiui.
Etenim sederunt principes et aduersum
me loquebantur: seruus autem tuus
exercebatur in iustificationibus tuis **N**am
et testimonia tua meditatio mea est: et
consilium meum iustificationes tue **A**d-
hesit pavimento anima mea: uiuifica
me secundum uerbum tuum **U**ias me-
as enuntiaui et exaudisti me: doce me
iustificationes tuas **V**iam iustificatio-
num tuarum instrue me: et exercebor
in mirabilibus tuis **O**ormitauit anima
mea pre tedio: confirma me in uerbis
tuis **U**iam iniquitatis amoue a me: et
de lege tua miserere mei **V**iam ueritatis

elegi: et iudicia tua nō sum oblitus **A**dhe
 sit testimonijs tuis dñe: noli me confun
 dere **V**iam mandatorum tuorū cucurri:
 cum dilatasti cor meum **G**loria **R**

Regem pone michi dñe viam iustifica
 tonum tuarum: et exquiram meam sem
 per **O**ra michi intellectum et scrutabor le
 gem tuam: et custodiam illam in toto cor

de meo **D**educ me dñe in semita man
 datorum tuorū: quia ipsam uolui **I**n

clina cor meum in testimonia tua: et nō
 in auaricia **A**uerte oculos meos ne ui

deant uanitatem: in uia tua uiuifica
 me **S**tatue seruo tuo eloquium tuū:

in timore tuo **A**mputa obprobrium
 meum quod suspicatus sum: quia iu

dicia tua iocunda **E**cce concupiui man
 data tua: in equitate tua uiuifica me.


Et ueniat sup me misericordia tua dñe: sa
 lutare tuum scdm eloquium tuū **E**t

respondebo exprobrantibz michi uer

bum: quia speravi in sermionibus tuis.
Et ne auferas de ore meo uerita-
tis usque quaque: quia in iudicijs tuis super
speravi. **V**t custodiam legem tuam sem-
per: in seculum et in seculum seculi. **E**tambu-
labam in latitudine: quia mandata tua
exquisiui. **E**t loquebar in testimonijs
tuis in conspectu regum: et non confun-
debar. **E**t meditabar in mandatis tuis:
que dilexi. **E**t leuaui manus meas
ad mandata tua que dilexi: et exerce-
bor in iustificationibus tuis. **G**loria

Quomodo esto uerbi tui seruo tuo:
in quo michi spem dedisti. **H**ec me
consolata est in humilitate mea:
quia eloquium tuum uiuificauit
me. **S**upbi inique agebant usque qua-
que a lege autem tua non declinaui. **M**e-
mor fui iudiciorum tuorum a seculo
domine: et consolatus sum. **O** defectio te-
nuit me pro peccatoribus derelinquentibus

Legem tuam **C**antabiles michi erant
 iustificationes tue: in loco peregrinatio
 nis mee **M**emor fui in nocte nominis
 tui dñe: et custodivi legem tuā. **H**ec
 facta est michi: quia iustificationes tu
 as exquisivi **P**ortio mea dñe: dixi cus
 todire legem tuam **O**precatu sum
 faciem tuam in toto corde meo: miserere
 mei scdm eloquium tuum **C**ogitavi
 vias meas: et conuerti pedes meos in tes
 timonia tua **P**aratus sum et nō sum
 turbatus: ut custodiam mandata tua.
Funes peccatorum circumplexi sunt
 me: et legem tuam nō sum oblitus **M**e
 dia nocte surgebam ad confitendum
 tibi: sup iudicia iustificationis tue.
Particeps ego sum omnium timentiu
 te: et custodientium mandata tua **M**i
Bericordia dñi plena ē terra: iustificati
 onem tuas doce me.
 fecisti cum seruo tuo dñe: scdm



uerbum tuum **B**onitatem et disciplinā
et scientiam doce me: quia mandatis tuis
credidi **P**rius quam humiliarer ego de
liqui: propterea eloquium tuum custo
dii **B**onus es tu: et in bonitate tua doce
me iustificationes tuas **M**ultiplicata ē
sup me iniquitas supborum: ego autem
incoto corde scrutabor mandata tua **C**
agulatum est sicut lac cor eorum: ego ue
ro legem tuam meditatus sum **B**onum
michi quia humiliasti me: ut discam
iustificationes tuas **B**onum michi lex
oris tui: sup milia auri et argenti **M**a
nus tue fecerunt me et plasmauerunt
me: da michi intellectum ut discam man
data tua **Q**ui timent te uidebunt me
et letabuntur: quia in uerba tua sup
spau **C**ognouit dñe quia equitas iu
dicia tua: et in ueritate tua humiliasti
me **F**iat misericordia tua ut consoletur
me: scdm eloquium tuum seruo tuo.

Veniant michi miserationes tue et ui-
 uam: quia lex tua meditatio mea e[st]. **C**on-
 fundantur supbi quia iniuste iniquita-
 tem fecerunt in me: ego autem exercebor
 in mandatis tuis. **C**onuertantur michi
 timentes te: et qui nouerunt testimo-
 nia tua. **F**iat cor meum immaculatum
 iniustificationibus tuis: ut non confundar.

Defecit in salutare tuum anima
 mea: et in uerbum tuum super spe-
 ravi. **D**efecerunt oculi mei in elo-
 quium tuum: dicentes quando conso-
 laueris me. **Q**uia factus sum sicut uer-
 uerba: iustificationes tuas non sum
 oblitus. **Q**uod sunt dies serui tui: quan-
 facies de p[er]sequentijs meis iudicium. **N**ar-
 raue runt michi iniqui fabulationes:
 sed non ut lex tua. **O**mnia man-
 da ta tua ueritas: iniqui p[er]secuti
 sunt me a uuuia mea. **P**aulominus
 consummauerunt me in terra: ego autem

nō dereliqui mandata tua **S**ecundū
misericordiam tuam uiuifica me: et custo
diam testimonia oris tui **I**n eternum

Dñe: uerbum tuum p̄manet in celo.

In generatione et generatiōe ueritas

tua: fundasti terram et p̄manet **O**r
dinatiōe tua p̄seuerant dies: q̄m om

nia seruiunt tibi **N**isi quod lex tua

meditatio mea est: tunc forte p̄issem

in humilitate mea **I**n eternum non

obliuiscar iustificatiōes tuas: quia in

ipsis uiuificasti me **T**uus sum ego

saluum me fac: q̄m iustificatiōes tu

as exquisiui **M**e expectauerunt pecca

tores ut p̄derent me: testimonia tua

intellexi **O**mnis consummationis uidi

finē: latum mandatū tuū ni mis.

Sicut modo dilexi legem

tuam dñe: tota die me dita

scio mea est **S**uper inimicos me

os prudentem me fecisti mandato tuo:

quia in eternum michi est **S**up omnes
 docentes me intellexi: quia testimonia tua
 meditatio mea est **S**up senes intellexi:
 quia mandata tua quesiui **A**b omni uia
 mala phibui pedes meos: ut custodiam
 uerba tua **A**udicis tuis nō declinaui:
 quia tu legem posuisti michi **Q**uam
 dulcia faucibus meis eloquia tua: super
 mel ori meo **A**mandatis tuis intellexi:
 propterea odium omnem uiam iniquita
 tis **L**ucerna pedibus meis uerbum tuū:
 et lumen semitis meis **I**uravi et statui:
 custodire iudicia iusticie tue **H**umilia
 tus sum usq; quaq; dñe: uiuifica me se
 cundum uerbum tuum **V**oluntaria oris
 mei beneplacita fac dñe: et iudicia tua
 doce me **A**nima mea in manibus meis
 semp: et legem tuam nō sum oblitus.
Posuerunt peccatores laqueum michi:
 et de mandatis tuis nō erraui **E**redi
 tate acquisiui testimonia tua in eternum:

quia exultatio cordis mei sunt **I**nclinaui
cor meum ad faciendas iustificationes tuas
in eternum: propter retributionem. **P**
Siquos odio habui: et legem tuam dilexi.
Aduitor et susceptor meus es tu: et in uer-
bum tuum supereravi. **O**edinate a me
maligni: et scribabor mandata dei mei.
Suscipe me scdm eloquium tuum et ui-
uam: et nō confundas me ab expectatio-
ne mea. **A**duua me et saluus ero: et me-
ditabor in iustificationibus tuis semper.
Spreuisti omnes discedentes a iusticijs
tuis: quia iniusta cogitatio eorū. **P**re-
uaricantes reputaui omnes peccatores ter-
re: ideo dilexi testimonia tua. **C**onfige
timore tuo carnes meas: a iudicijs enim
tuis timui. **F**eci iudicium et iusticiam:
nō tradas me calumpniantibus me. **S**us-
cipe seruum tuum in bonum: nō calum-
niantur me superbi. **O**culi mei defece-
runt in salutare tuum: et in eloquium

iusticie tue **F**ac cum seruo tuo scdm mi
sericordiam tuam: et iustificationes tuas
doce me **S**eruus tuus sum ego da michi
intellectum: ut sciam testimonia tua.

Tempus faciendi dñe: dissipauerūt le
gem tuam **I**deo dilexi mandata tua:
sup aurum et topazion **P**ropterea ad
omnia mandata tua dirigebar: omne
uiam iniquam odio habui **G**lā. **P**

Quoniam mirabilia testimonia tua dñe: ideo
scrutata est ea anima mea **O**ecla
ratiō sermonum tuorum illumi
nat: et intellectum dat paruulis **O**s

meum apertum et attraxi spiritum: quia
mandata tua desiderabam **A**spice in
me et miserere mei: scdm iudicium di
ligentium nomen tuum **G**ressus me

os dirige scdm eloquium tuū: et non
dominetur mei omnis iniusticia **R**e
dime me a calumpnijs hominum: ut
custodiam mandata tua **F**aciem tuā

illumina sup seruum tuum: et doce me
iustificationes tuas. **E**xitus aquarum
deduxerunt oculi mei: quia nō custodi
erunt legem tuam. **I**ustus es dñe: et ret
tum iudicium tuum. **M**andasti iustici
am testimonia tua: et ueritatem tuam
nimis. **T**abescere me fecit zelus meus:
quia obliti sunt uerba tua inimici mei.

Ignitum eloquium tuum uehementer:
et seruus tuus dilexit illud. **A**dolecen
tulus sum ego et contemptus: iustifica
tiones tuas non sum oblitus. **I**usticia
tua iusticia in eternum: et lex tua ueri
tas. **T**ribulatio et angustia inueniēt
me: mandata tua meditatio mea est.

Equitas testimonia tua in eternum:
et intellectum da michi et uiuam. **P**
Clamau in toto corde meo exaudi
me dñe: iustificationes tuas re
quiram. **C**lamau ad te saluū
me fac: ut custodiam mandata tua.

Preueni in maturitate et clamauit: quia
 in uerba tua sup sperauit **P**reueniunt
 oculi mei ad te diluculo: ut meditarer
 eloquia tua **V**ocem meam audi scdm
 misericordiam tuam dñe: et scdm iudiciũ
 tuum uiuifica me **A**ppropinquauerunt
 psequentes me iniquitati: a lege autẽ
 tua longe facti sunt **P**rope esto dñe:
 et omnes uie tue ueritas **I**nicio cogno
 uide testimonys tuis: quia in eternũ
 fundasti ea **V**ide humilitatem meam
 et eripe me: quia legem tuam nõ sum
 oblitus **I**udica iudicium meum et re
 dume me: propter eloquium tuum uiu
 ifica me **L**ongè a peccatoribz salus: quia
 iustificationes tuas nõ exquisierunt **M**i
 sericordie tue multe dñe: scdm iudiciũ
 tuum uiuifica me **M**ulti qui psequun
 tur me et tribulant me: a testimonys
 tuis nõ declinaui **V**idi p̃uaricantes et
 tabescebam: quia eloquia tua nõ custo

dixerunt **V**ide quō mandata tua dilexi
dñe: misericordia tua uiuifica me **P**rincipi
um uerborum tuorū. ueritas: in eternum
omnia iudicia iusticie tue **G**loria. **P**
Principes p̄secuti sunt me gratis:
et a uerbis tuis formidauit cor me
um **L**etabor, ego sup̄ eloquia tua:
sicut qui inuenit spolia multa **I**niqui
tatem odio habui et abhominatus sum:
legem autem tuam dilexi **S**epties in
die laudem dixi tibi: sup̄ iudicia iusti
cie tue **P**ax multa diligentibz legem tu
am: et nō est illis scandalum **E**xpecta
bam salutare tuum dñe: et mandata
tua dilexi **C**ustodiuit anima mea tes
timonia tua: et dilexit ea uehementer.
Seruauit mandata tua et testimonia tua:
quia omnes uie mee in conspectu tuo.
Appropinquet deprecatio mea in conspec
tu tuo dñe: iuxta eloquium tuum da
michi intellectum **I**ntret postulatio

mea in conspectu tuo: scdm eloquium tu

um eripe me **E**ructabunt labia mea

ymnum: cum docueris me iustificatio

nes tuas **P**ronuntiabit lingua mea

eloquium tuum: quia omnia manda

ta tua equitas **F**iat manus tua ut sal

uet me: qm mandata tua elegi **C**on

tupui salutare tuum dne: et lex tua

meditatio mea est **V**uet anima mea

et laudabit te: et iudicia tua adiuua

bunt me **E**rravi sicut oves que peri

it: quere seruum tuum quia mandata

tua non sum oblitus. **G**loria. **R**

Ad dominum cum tribularer cla

maui: et exaudiuit me **O**ne libe

ra animam meam: alabys iniquus:

et a lingua dolosa **Q**uid detur tibi aut

quid apponatur tibi: ad linguam do

losam. **S**agitte potentis accite: cum

carbonibus desolatoris **H**eu michi qm

incolatus meus plongatus est: habi

15
taui cum habitantibus cedar: multum in
cola fuit anima mea **C**um his qui o
derunt pacem eram pacificus: cum lo
quebar illis impugnabant me gratis.

Asuavi oculos meos in montes: **P**
unde ueniet auxilium michi **A**uxili
um meum a dño: qui fecit celum et ter
ram **N**on det in commotione pedum
tuum: neq; dormitet qui custodit te.

Ecce nō dormitabit. neq; dormiet: qui
custodit israhel **O**ñs custodit te dñs p
tectio tua: sup manum dexteram tuam.

Per diem sol nō uret te: neq; luna per
noctem **O**ñs custodit te ab omni malo:
custodiat animam tuam dñs **O**mi
nus custodiat introitum tuum et exi
tum tuum: ex hoc nunc et usq; in seculū.

Status sum in his que dicta **P**
sunt michi: in domum dñi ibimus.
Stantes erant pedes nri: in atrijs tuis
ierlm **I**erusalem que edificatur ut

ciuitas: cuius participatio eius in id ip-
 sum. **I**lluc enim ascenderunt tribus tribus
 dñi: testimonium isrl' ad confitendum
 nomini dñi. **Q**uia illic sederunt sedes
 in iudicio: sedes sup domum dauid. **R**o-
 gate que ad pacem sunt ierlm: et habun-
 dantia diligentibus te. **F**iat pax in uirtu-
 te tua: et habundantia in circuitibus tuis.
Propter fratres meos et proximos meos:
 loquebar pacem de te. **P**ropter domum
 dñi dei nri: quesui bona tibi. **G**loria
Ad te leuaui oculos meos: qui habi-
 tas in celis. **E**cce sicut oculi seruoꝝ:
 in manibus dominoꝝ suozũ. **S**icut
 oculi ancille in manibus domine sue: ita
 oculi nri ad dñm dñm nrm donec misere-
 atur nri. **M**iserere nri dñe miserere nri:
 quia multum repleti sumus despectio-
 ne. **Q**uia multum repleta est anima
 nra obprobrium habundantibus: et
 despectio superbis. **G**loria patri.

Nisi quia dñs erat in nobis: dicat nunc
isrl' nisi quia dñs erat in nobis **C**um
exurgerent homines in nos: forsitan uiuos
deglutissent nos **C**um irasceretur furor
eorum in nos: forsitan aqua absorbuisset
nos **T**orrentem p'transiuit anima n'ra:
forsitan p'transisset anima n'ra: aquam
intolletabilem **B**enedictus dñs: qui nō
dedit nos in captiōnem dentibz eorum.

Anima n'ra sicut passer erepta est: de la
queo uenantium **L**aqueus contritus
est: et nos liberati sumus **A**diutorium
n'rm in nōie dñi: qui fecit celum et t'ram.

Qui confidunt in dño sicut mons
syon: nō cōmouebitur in eternum:
qui habitat in ierlm' **M**ontes in cir
cuitu eius et dñs in circuitu populi sui:
ex hoc nunc et usq; in sc'lm' **Q**uia non
relinquet dñs uirgam peccatorū super
sortem iustorum: ut non extendant
iusti ad iniquitatem manus suas **O**e

nefac dñe: bonis et rectis corde. **D**eclinan
tes autem in obligatione adducet dñs cū
opantibz iniquitate: pax sup israhel.

Conuertendo dñs captiuitatem syon:
facti sumus sicut consolati. **T**unc reple
tum est gaudio os nr̄m: et lingua nr̄a

exultatione. **T**unc dicent inter gentes:
magnificauit dñs facere cum eis. **M**ag
nificauit dñs facere nobiscum: facti su
mus letantes.

Conuertere dñe captiui
tatem nr̄am: sicut correns in austro.

Qui seminant in lacrimis: in exultati
one metent. **E**untes ibant et flebant

mittentes semina sua. **V**enientes autē
uenient cum exultatione portantes ma

nipulos suos. **G**loria patri. **R**

Nisi dñs edificauerit domum: in ua
num laborauerunt qui edificant

eam. **N**isi dñs custodierit ciuitatem: frus
tra uigilat qui custodit eam. **V**anum

est uobis ante lucem surgere: surgite

postquam sederitis qui manducatis
panem doloris **C**um dederit dilectis
suis sompnum: ecce hereditas dñi filij
merces fructus uentris **S**icut sagitte
in manu potentis: ita filij excussorum.

Beatus uir qui impleuit desiderium
suum ex ipsis: nō confundetur cum lo
quetur inimicis suis in porta. **P**

Beati omnes qui timent dñm: qui
ambulant in uis eius **L**abores
manuum tuarum manducabis:

beatus es et bene tibi erit **V**xor tua si
cut uitis habundans: in lateribus domi
tue **F**ilij tui sicut nouelle oliuarum:
in circuitu mense tue **E**cce sic benedi

cetur homo: qui timet dñm **B**enedi
cat tibi dñs ex syon et uideas bona ie
rusalem: omnibus diebus uite tue **V**t

uideas filios filiorum tuorum: pacem
super israhel **G**loria patri et filio et
spiritui sancto. **P** — **S**

Sepe expugnauerunt me a iuuen-
 tute mea: dicat nunc isrl. **S**epe
 expugnauerunt me a iuuentute
 mea: etenim nō potuerunt michi **S**u-
 pra dorsum meum fabricauerunt pecca-
 tores: plongauerunt iniquitatem suā.
Oñs iustus concidet ceruices peccatorū
 confundantur et conuertantur retro-
 sum: omnes qui oderunt syon **F**iant
 sicut fenum tectorum: quod prius quā
 euellatur exaruit **O** equo nō impleuit
 manum suam qui metet: et sinum suū
 qui manipulos colliget **E**t nō dixerūt
 qui preteribant benedictio dñi sup uos:
 benediximus uobis in nomine dñi.

De profundis clamaui ad te dñe:
 dñe exaudi uocem meam **F**iant
 aures tue intendentes: in uocem
 deprecationis mee **S**i iniquitates obser-
 uaueris dñe: dñe quis sustinebit **Q**uia
 apud te propiciatio est: et propter legem

tuam sustinui te dñe **S**ustinuit anima

mea in uerbo eius spauit anima mea in

dño **A**custodia matutina usq; ad noctē:

speret isrl' in dño **Q**uia apud dñm mi
sericordia: et copiosa apud eū redemptio.

Et ipse redimet isrl': ex omnibus iniquita

Domine nō est exaltatus cor meum: neq; elati sūt

oculi mei **N**eq; ambulau in mag

nis: neq; in mirabilibus sup me **S**i nō hu

militer sentiebam: sed exaltaui animam
meam **S**icut ablactatum est sup ma

tre sua: ita retributio in anima mea.

Speret isrl' in dño: ex hoc nunc et usq;

Memento dñe dauid: **P**an selm.

et omnis mansuetudinis ei' **S**i

cut uiauit dño: uotum uouit

deo iacob. **S**i introiero in tabernaculū

domus mee: si ascendero in lectum stra

ti mei **S**i dederō sompnū oculis meis:

et palpebris meis dormitationem **E**t

requiem tempibz meis donec inueniam
locum dño: tabernaculum deo iacob.

Ecce audiuimus eam ineffiata: inue
nimus eam incampis silue **I**ntroibi
mus intabernaculum eius: adorauim
in loco ubi steterunt pedes eius **S**urge

dñe in requiem tuam: tu et archa sanc
tionis tue **S**acerdotes tui induantur

iusticia: et sc̃i tui exultent **P**ropter
dauid seruum tuum: nō auertas faci
em xp̃i **I**urauit dñs dauid ueritatem

et non frustrabitur eum: de fructu uen
tris tui ponam sup sedem tuam. **S**i

custodierint filij tui testamentū meū:
et testimonia mea hec que docebo eos.

Et filij eorū usqz in sc̃lm: sedebt sup sedē tuā.

Quō elegit dñs syon: elegit eam in ha
bitationem sibi **H**ec requies mea in
sc̃lm sc̃li hic habitabo qm̃ elegi eā **V**i

uam eius benedicens benedicam: pau
peres ei saturabo panibz **S**acerdotes

eius induam salutari: et sancti eius ex
ultatione exultabunt. **I**lluc producam
cornu dauid: paravi lucernam xpo meo.
nimos eius induam confusione: sup
ipsum autem effloreat sanctificatio mea.

Ecce quam bonum et quam iocun
dum: habitare fratres in unum. **S**i
cut unguentum in capite: quod des
cendit in barbam barbam aaron. **Q**uod
descendit in horam uestimenti eius: sicut
hermon qui descendit in montem syon.

Quo illic mandauit dñs benedictionem:
et uitam usq; in seculum. **G**loria. **P**

Ecce nunc benedicite dño: omnes
serui dñi. **Q**ui statis in domo dñi:
in atrijs domus dei nri. **I**n noctib;
extollite manus uras in scā: et benedi
cite dño. **B**enedicat te dñs ex syon qui fecit
caelum et terrā.
Laudate no
men dñi: laudate serui dñm. **Q**ui sta
tis in domo domini: in atrijs domus dei

nostri **L**audate dñm quia bonus dñs:
 psallite nomini eius quō suauē ē. **Q**uō
 iacob elegit sibi dñs: israhel in possessionē
 sibi. **Q**uia ego cognoui quod magnus ē
 dñs: et dñs noster pre omnibus dñs. **O**m
 nia quęcumq; uoluit dñs fecit in celo
 et in terra: in mari et in omnibus abyssis.
Educens nubes ab extremo terre: ful
 gura in pluuiam fecit. **Q**ui poucit uen
 tos de thesauris suis: qui percussit primo
 genita egypti: ab homine usq; ad pecus.
Emisit signa et prodigia in medio tui
 egypte: in pharaonem et in omnes ser
 uos eius. **Q**ui percussit gentes multas:
 et occidit reges fortes. **S**eon regem a
 mozeorum: et og regem basan: et om
 nia regna chanaan. **E**t dedit terram
 eorum hereditatem: hereditatem ~~israhel~~
 pplo suo. **O**ñe nomen tuum in eternū:
 òñe memoriale tuū in generatione et
 generationē. **Q**uia iudicabit dñs po

pulum suum: et in seruis suis deprecabitur.

Simulachra gentium argentum et aurum: opera manuum hominum. **O**s habent et non loquentur: oculos habent et non uidebunt. **A**ures habent et non audiunt: neque enim spiritus in ore ipsorum.

Similes illis fiant qui faciunt ea: et omnes qui confidunt in eis. **O** domus israel benedicite domino: domus aaron benedicite domino. **O** domus leui benedicite domino: qui timetis dominum benedicite domino. **B**enedictus dominus ex syon: qui habitat in ierusalem.

Confitemini domino quoniam bonus: quoniam in eternum misericordia eius. **C**onfitemini deo deorum: quoniam in eternum misericordia eius. **C**onfitemini domino dominorum: quoniam in eternum. **Q**ui facit mirabilia magna solus: quoniam in eternum. **Q**ui fecit celos in intellectu: quoniam in eternum. **Q**ui firmavit terram super aquas: quoniam in eternum. **Q**ui fecit luminaria magna: quoniam in eternum. **S**olem in potestatem dierum: quoniam in eternum. **L**u

nam et stellas in potestatem noctis: qm.

Qui percussit egyptum cum primogenitis eorum: qm.

Qui eduxit israhel de medio eorum: qm.

In manu potenti et brachio excelso: qm.

Qui diuisit mare rubrum in diuisiones: qm.

Et eduxit isrl p me dium eius: qm.

Et excussit pharaone et uirtutem eius in mari rubro: qm.

ine. **Q**ui traduxit pplm suum p desertum: qm.

Qui percussit reges magnos: qm.

Et occidit reges fortes: qm.

Seon regem amorreorum: qm.

Et og regem basan: qm.

Et dedit terram eorum hereditatem: qm.

Hereditatem isrl seruo suo: qm.

Quia in humilitate nra memos fuit nri: qm.

Et redemit nos ab inimicis nris: qm.

Qui dat escam omni carni: qm.

Confitemini deo celi: qm.

Confitemini dno dnoorum: qm.

in eternum misericordia eius. **G**loria

Sup flumina babylonis illic sedi

mus et fleuimus: dum recordare



e
b
e

mur syon. **I**n salicibus in medio eius suspen-
dimus organa nostra. **Q**uia illic interroga-
uerunt nos qui captiuos duxerunt nos
uerba cantionum. **E**t qui abduxerunt
nos ymnium cantate nobis: de cantibus
syon. **Q**uomodo cantabimus canticum
dñi: in terra aliena. **S**i oblitus fuero tui
ierlm: obliuioni datur dextera mea. **A**d-
hereat lingua mea faucibus meis: si non me-
minero tui. **S**i non proposuero ierlm in principio
leticie mee. **M**emor esto dñe filioꝝ edom:
in die ierlm. **Q**ui dicunt exinanite exin-
anite: usq; ad fundamentum in ea. **F**i-
lia babilonis misera: beatus qui retribu-
et tibi retributione tuam: quia retribuisti
nobis. **B**eatus qui tenebit: et allidet
paruulos suos usq; ad petram. **R**
Confitebor tibi dñe in toto corde meo:
quò audisti omnia uerba oris mei.
In conspectu angelorum psallam
tibi: adorabo ad templum sc̃m tuum et

confitebor nomini tuo **S**up misericor-
 dia tua et ueritate tua. qm magnificasti
 sup omne nomen sc̄m tuum **I**n quacūq;
 die inuocauero te exaudi me: multiplica-
 bis in anima mea uirtutem **C**onfitean-
 tur tibi dñe omnes reges terre: quia au-
 dierunt omnia ūba oris tui **E**t cantent
 inuis dñi: qm magna est gloria dñi **Q**uō
 excelsus dñs et humilia respicit: et alta
 a longe cognoscit **S**i ambulauero in me-
 dio tribulationis uiuificabis me: et sup
 iram inimicorum meorū extendisti mā-
 num tuam: et saluum me fecit dextera
 tua **O**ñs retribuet pro me dñe misericordia
 tua in sc̄m: opa manūū tuarū ne despi-
S **O**mine probasti me **P**ecias.
Et cognouisti me: tu cognouisti
 sessionem meam: et resurrectio-
 nem meam **I**ntellexisti cogitationes
 meas de longe: semitam meam et funi-
 culum meum inuestigasti **E**t omnes

uias meas p̄uidisti: quia nō est sermo
in lingua mea. **E**cce dñe tu cognouisti
omnia nouissima et antiqua: tu forma
sti me et posuisti sup me manum tuā.
Mirabilis facta est scientia tua ex me:
confortata est et nō potero ad eam. **Q**uo
ibo asp̄u tuo: et a quo a facie tua fugi
am. **S**i ascendero in celum tu illic es: si
descendero ad infernum ades. **S**i sump
sero pennas meas diluculo: et habitauero
in extremis maris. **E**t enim illuc ma
nus tua deducet me: et tenebit me dex
tera tua. **E**t dixi forsitan tenebre contul
tabunt me: et nox illuminatio mea in
delictis meis. **Q**uia tenebre nō obscura
buntur a te et nox sicut dies illumina
bitur sicut tenebre eius ita et lumen erit.
Quia tu possedisti renes meos: suscepis
ti me de utero matris mee. **C**onfitebor
tibi quia terribiliter magnificatus es:
mirabilia opa tua: et anima mea cog

noscet nimis **N**on est occultatum os
 meum a te quod fecisti in occulto: et sub
 stantia mea in inferioribus terre **I**mpfec
 tum meum uiderunt oculi tui et in li
 bro tuo omnes scribentur: dies formabun
 tur et nemo in eis **M**ichi autem nimis
 honorificati sunt amici tui d's: nimis
 confortatus est principatus eorum **O**
 numerabo eos et sup harenam multi
 plicabuntur: **E**t exurrexi et adhuc sum
 tecum **S**i occideris d's peccatores: uiri
 sanguinum declinate a me **Q**uia dici
 tis in cogitatione: accipient in uanita
 te ciuitates suas **N**onne qui oderunt
 te d'ne oderam: et sup inimicos tuos
 tabescebam **P**erfecto odio oderam il
 los: inimici facti sunt michi **P**roba
 me d's et scito cor meum: interroga me
 et cognosce semitas meas. **E**t uide
 si uia iniquitatis in me est: et deduc
 me in uia eterna **G**la patri. **P**

Exipe me dñe ab homine malo: a
uero iniquo libera me. **Q**ui cogita
uerunt iniquitates in corde: tota die
constituebant prelia. **A**cuertunt linguam
suam sicut serpentes: uenenum aspidum
sub labijs eorum. **C**ustodi me dñe de ma
nu peccatoris: et ab hominibus iniquis eri
pe me. **Q**ui cogitauerunt subplantare
gressus meos: absconderunt supbi laque
um michi. **E**t funes extenderunt in la
queum iuxta iter scandalum posuerunt
michi. **O** yxi dño dñs meus estis: exaudi
dñe uocem deprecationis mee. **O** ñe dñe
uirtus salutis mee: obumbrasti super
caput meum in die belli. **N**on tradas
dñe desiderium meum peccatori: cogita
uerunt contra me ne derelinquas me ne
forte exalcentur. **C**aput circuitus eorum
labor labiorum ipsorum opiet eos. **C**a
dent sup eos carbones in ignem deicies
eos: in miserijs ño subsistent. **V**ir lin

quosus non dirigitur in terra: uirum
 iniustum mala capient in interitu **C**og
 noui quia faciet dominus iudicium in
 opis: et uindictam paupum **V**erump
 tamen iusti confitebuntur nomini tuo:
 habitabunt recti cum uultu tuo. **R**

Domine clamaui ad te exaudi me:
 intende uoci mee cum clamauero
 ad te **D**irigatur oratio mea sicut
 incensum in conspectu tuo: eleuatio ma
 nuum mearum sacrificium uespitium.
Pone dne custodiam ori meo: et ostium
 circumstantie labijs meis **N**on decli
 nes cor meum in uerba malicie: ad ex
 tusandas excusationes in peccatis **C**u
 hominibz opantibz iniquitatem: et no
 communicabo cum electis eorum **C**or
 ripiet me iustus in misericordia et increpa
 uit me: oleum autem peccatoris no im
 pinguet caput meum **Q**uo adhuc
 et oratio mea in beneplacitis eorum: ab

Sorti sunt uincti petre iudices eorū. **O**u
dient uerba mea qm̄ potuerunt: sic cras
situdō terre erupta est sup̄ terram. **O**is
sipata sunt ossa n̄ra secus infernum:
quia ad te dñe dñe oculi mei: in te sp̄au
non auferas animā meā. **C**ustodi me
a laqueo quem statuerūt michi: et ab
scandalis opantium iniquitatem. **C**a
dent in retia aculo eius peccatores: singu
lariter sum ego donec transeam. **R**

Uoce mea ad dñm̄ clamaui: uoce
mea ad dñm̄ deprecatus sum. **E**t
fundo in conspectu eius orationē
meam: et tribulationem meā ante ip
sum pronuncio. **I**ndeficiendo ex me
sp̄m̄ meū: et tu cognouisti semitas me
as. **I**n uia hac qua ambulabam: ab
sconderunt laqueum michi. **C**onside
rabam ad dexteram et uidebam: et nō
erat qui cognosceret me. **P**erijt fuga
a me: et nō est qui requirat animam

meam **C**lamavi ad te dñe dixi tu es spes
mea: portio mea in terra uiuentium **I**n

tende ad deprecationem meam: quia humi
liatus sum nimis **L**ibera me a psequenti
bus me: quia confortati sunt sup me.

Educ de custodia animam meam ad cō
fitendum nomini tuo: me expectant
iusti donec retribuas michi. **G**lā. **P**

Domine exaudi orationem meam
auribus pcepte obsecrationem meam:
in ueritate tua exaudi me in tua ius

ticia **E**t nō intres in iudicium cum ser
uo tuo quia nō iustificabitur in conspectu
tuo tuo omnis uiuens **Q**uia psecutus

est inimicus animam meam: humilia
uit in terra uitam meam **E**llocauit
me in obscuris sicut in mortuos sceli: et anx

iatus est sup me sp̄s meus: in me turba
tum est cor meum **M**emor fui dierum
antiquoz meditatus sum in omnibus

opibz tuis: in factis manuum tuarum

meditabar **E**xpandi manus meas ad
te anima mea: sicut terra sine aqua tibi.

Velociter exaudi me dñe: quia defecit sp̄s
meus **N**on auertas faciem tuam a me:
et similis ero descendenti in lacu **Au**

ditam fac michi mane misericordiam tuam:
quia in te speravi **N**otam fac michi uiam

in qua ambulem: quia ad te leuaui ani
mam meam **E**ripe me de inimicis me

is dñe ad te confugi: doce me facere uo
luntatem tuam: quia deus meus es tu.

Spiritus tuus bonus deducet me inter
ram rectam: propter nomen tuum uiui

ficabis me iniquitate tua **E**dices de tri
bulatione animam meam: et in misericordia

tua dispedes omnes inimicos meos **E**t
pedes omnes qui tribulant animam meam:

quoniam ego seruus tuus sum. **P**

Benedictus dñs d̄s meus: qui do
cet manus meas ad prelium. et
et digitos meos ad bellum **M**ise

recordia mea et refugium meum: suscep-
 tor meus et liberator meus **P**rotector
 meus et in ipso speravi: qui subdis po-
 pulum meum sub me **O**ñe quid est
 homo quia innotuisti ei: aut filius ho-
 minis quia reputas eum **H**omo ua-
 nitati similis factus est: dies eius sicut
 umbra pretereunt **O**ñe inclina celos
 tuos et descende: tange montes et fumi-
 gabunt **F**ulgura choruscationem et
 dissipabis eos: emitte sagittas tuas et
 conturbabis eos **E**mitte manum tuam
 de alto eripe me et libera me de aquis
 multis: et de manu filiorum alienorum.
Quorum os locutum est uanitatem:
 et dextera eorum dextera iniquitatis.
Deus canticum nouum cantabo tibi:
 in psalterio decacordo psallam tibi.
Qui das salutem regibus qui redemisti
 dauid seruum tuum: de gladio maligno
 eripe me **E**t erue me de manu

Filiorum alienorum quorum os locutum
est uanitatem: et dextera eorum dextera
iniquitatis. **F**uorum filij sicut nouelle
plantationis: a iuuentute sua. **F**ilie
eorum compositae: circumornate ut si
militudo templi. **P**roptuaria eorum
plena: eructantia ex hoc in illud. **O**ues
eorum fetose habundantes in gressibus
suis: boues eorum crasse. **N**on est ruina
macerie neque transitus: neque clamor in
plateis eorum. **B**eatum dixerunt populum
cui hec sunt: beatus populus cui est dominus deus eius.
Exaltabo te deus meus rex. **P**
et benedicam nomini tuo in seculum:
et in seculum seculi. **P**er singulos dies
benedicam tibi: et laudabo nomen tuum
in seculum et in seculum seculi. **M**agnus dominus et
laudabilis nimis: et magnitudo eius
non est fines. **G**eneratio et generatio lau
dabit opera tua: et potentiam tuam pro
nunciabunt. **M**agnificentiam glorie sancte

tatis tue loquentur: et mirabilia tua nar-
 rabunt. **E**t uirtutem terribilium tuorum
 dicent: et magnitudinem tuam narrabunt.
Memoriam habundantie suauitatis
 tue eructabunt: et iusticia tua exulta-
 bunt. **M**iserator, et misericors dominus: paci-
 ens et multum misericors. **S**uauis dominus
 in uniuersis: et miserationes eius super
 omnia opera eius. **C**onfiteantur tibi do-
 mine omnia opera tua: et sancti tui benedi-
 cant tibi. **G**loriam regni tui dicent: et
 potentiam tuam loquentur. **V**t nota-
 faciant filiis hominum potentiam tuam:
 et gloriam magnificentie regni tui. **R**eg-
 num tuum regnum omnium seculorum:
 et dominatio tua in omni generatione
 et generatione. **F**idelis dominus in omnibus
 uerbis suis: et sanctus in omnibus operibus suis.
Alleuiat dominus omnes qui corruunt: et
 erigit omnes elisos. **O**culi omnium
 in te sperant: et tu das esum illorum in

tempe oportuno **A**peris tu manum tuā:
et implebis omne animal benedictione.

Iustus dñs in omnibus uis suis: et scs in
omnibus opibus suis. **P**rope est dñs omnibus

inuocantibus eum: omnibus inuocantibus
eum in ueritate. **V**oluntatem timentium
se faciet: et deprecationem eorum exaudiet:
et saluos faciet eos. **C**ustodit dñs diligen

tes se: et omnes peccatores disperdet. **L**auda
tionem dñi loquetur os meum: et benedi
cat omnis caro nomini scō eius in sc̄m et

Lauda anima. **P** in sc̄m seculi.
mea dñm: laudabo dñm in uita mea:

psallam deo meo quam diu fuero. **N**olite
confidere in principibus: **n**ec in filiis homi
num in quibus nō est salus. **E**xibit sp̄s ei

et reuertetur in terrā suā: in illa die pi
bunt omnes cogitationes eorum. **B**eatiss

tuus d̄s iacob: adiutor eius spes eius in
dño deo ipsius qui fecit celum et terram:

mare et omnia que in eis sunt. **Q**ui cūl

laudat ueritatem in seculo: facit iudicium
 iniuriam patientibus dat escam esurienti
 bus **O**mnis soluit compeditos: dominus illumi
 nat cecos **O**mnis erigit elisos: dominus diligit
 iustos **O**mnis custodit aduenas: pupillum
 et uiduam suscipiet: et uias peccatorum
 dissipet **R**egnabit dominus in secula deus tuus
 syon: in generatione et generatione. **P**

Laudate dominum quoniam bonus: psalmus
 deo nostro sit iocunda decoraque laudatio.

Edificans ierusalem dominus: dispersiones israhe
 lis congregabit **Q**ui sanat contritos cor
 de: et alligat contriciones eorum **Q**ui
 numerat multitudinem stellarum: et
 omnibus eis nomina uocans **M**agnus
 dominus noster et magna uirtus eius: et sapien
 cie eius non est numerus **S**uscipiens man
 suetos dominus: humilians autem peccatores
 usque ad terram **P**recinuite domino in confes
 sione: psallite deo nostro in cythara **Q**ui
 operit celum nubibus: et parat terre plu

uam **Q**ui producit in montibus fenum:
et herbam seruituti hominum **Q**ui dat
iumentis escam ipsorum: et pullis coruorum
inuocantibus eum **N**on in fortitudine equi
uoluntatem habebit: nec in tibijs uiri be-
neplacitum erit ei **B**eneplacitum est do-
mino super timentes eum: et in eis qui spe-
rant super misericordia eius **G**loria

Lauda ierusalem dominum: lauda dominum tuum
sion **Q**uo confortauit seras portarum tuarum:
benedixit filiis tuis in te **Q**ui posuit fi-
nes tuos pacem: et adipe frumenti sati-
at te **Q**ui emittit eloquium suum terre:
uelociter currit sermo eius **Q**ui dat ni-
uem sicut lanam: nebulam sicut cine-
rem spargit **M**ittit cristallum suam si-
cut buccellas: ante faciem frigoris eius
quis sustinebit **E**mittet uerbum suum
et liquefaciet ea: flabit spiritus eius et flu-
ent aque **Q**ui annunciat uerbum su-
um iacob: iusticias et iudicia sua israel.

Non fecit taliter omni nationi: et iudicia
sua non manifestavit eis. **Gloria. P**

Laudate dñm de celis: laudate eū in
excelsis **L**audate eum omnes angeli ei:
laudate eū omnes uirtutes eius **L**auda
te eū sol et luna: laudate eum omnes stel
le et lumen **L**audate eum celi celorum:
et aque que sup celos sunt laudent nom̄
dñi. **Q**uia ipse dixit et facta sunt: ipse
mandauit et creata sunt **S**tatuūt ea in
sc̄lm et in sc̄lm sc̄li: p̄ceptum posuit et nō
preteribit **L**audate dñm de terra: dra
cones et omnes abyssi **I**gnis grando
nix glacies: sp̄c procellarum: que faciūt
ūbum eius **M**ontes et omnes colles: lig
na fructifera et omnes cedri **B**estie et
uniuersa peccora: serpentes et uolucres
pennate **R**eges terre et omnes ppli: prin
cipes et omnes iudices terre **I**uuenes et
uirgines senes cum iunioribz laudent
nomen dñi: quia exaltatum est nom̄

eius solius **C**onfessio eius sup celum et
tiam: et exaltauit cornu ppli sui **I**mnis y
omnibz scis eius: filijs israhel ppro appro
pinqnanti sibi **C**antate dno canticum
nouum: laus eius in ecclesia scorum **L**e
tetur isrl in eo qui fecit eum: et filie sy
on exultent in rege suo **L**audent nom
eius in choro: in tympano et psalterio
psallant ei **Q**uia beneplacitum est
dno in ppro suo: et exaltauit mansuetos
in salutem **E**xultabunt sci in gloria:
letabuntur in cubilibz suis **E**xultati
ones dei in gutture eoru: et gladij anci
pitis in manibz eorum **A**d faciendam
uindictam in nationibz: increpationes
in pplis **A**d alligandos reges eorum in
compedibz: et nobiles eorum in mani
cis ferreis **V**t faciāt in eis iudicium
conscriptum: gloria hęc ē omibz scis et
Laudate dnm in scis eius: laudate
eum in firmitate uirtutis eius.

Laudate eum in uirtutibus eius: laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius

Laudate eum in sono tube: laudate eum in psalterio et cythara

Laudate eum in tympano et choro: laudate eum in cordis et organo

Laudate eum in cymbalis bene sonantibus: laudate eum in cymbalis iubilationis: omnis spiri-

Stus laudet dominum. **P**

Confitebor tibi domine quoniam iratus es

michi: conuersus est furor tuus

et consolatus es me **E**cce deus saluator

meus: fiducialiter agam et non timebo.

Quia fortitudo mea et laus mea dominus:

et factus es michi in salutem **H**aurie-

tis aquis in gaudio de fontibus saluato-

ris: et dicetis in illa confitemini domino: et

inuoocate nomen eius **N**otas facite

ad inuentiones eius: in psalmis: memento

te quoniam excelsum est nomen eius **C**antate

domino quoniam magnifice fecit: annunciate

hoc in uniuersa terra **E**xulta et lauda
habitatio syon: quia magnus in medio
tui sanctus israhel **G**loria patri. **R**

Go dixi in dimidio dierum meorum:
Quadam ad portas inferi **Q**uesiui
residuum annorum meorum: dixi
non uidebo dominum in terra uiuentium.
Non aspiciam hominem ultra: et habi
tatozem quietis **G**eneratio mea ablata
est et conuoluta est a me: quasi taberna
culum pastorum **P**recisa est uelut a
terente uita mea: dum adhuc ordiret
succidit me: de mane usque ad uesperam
finies me **S**perabam usque ad mane:
quasi leo sic contriuit omnia ossa mea.
De mane usque ad uesperam finies me si
cut pullus hyrundinis sic clamabo:
meditabor: ut columba **A**tenuati sunt
oculi mei: suspicientes in excelsis **O**ne
uim patior: responde pro me quid di
cam: aut quid respondebit michi: cum

ipse fecerim **R**ecogitabo tibi omnes annos meos: in amaritudine anime mee.

Dñe si sic uiuitur et in talibus uita sp̄s mei corripies me et uiuificabis me: ecce in pace amaritudo mea amarissima.

Tu autem dñe eruisti animā meā ut nō periret: proiecisti post tergum tuum omnia peccata mea **Q**uia non infern⁹

confitebitur tibi neq; mors laudabit te: non expectabunt qui descendunt in lacum ueritatem tuam **I**uens uiuens

ipse confitebitur tibi sicut et ego hodie: pater filijs notam faciet ueritatem tuā.

Dñe saluum me fac et psalmos nostros cantabimus cunctis diebus uite nre: in

Gloria domini. **G**loria pa. **P**

Exultauit cor meum in domino: et exaltatum est cornu meum in

deo meo **Q**uilatum est os meum sup inimicos meos: quia letata sum in salu-

tari tuo **N**on est sēs ut est dñs: neq;

enim est alius extra te: et non est fortis sicut
Deus tuus. **N**olite multiplicare loqui: sublimia
gloriantes. **R**ecedant uetera de ore tuo quia
Deus scientiarum Dominus: et ipsi preparantur
cogitationes. **A**rcus fortium superatus est:
et infirmi accincti sunt robore. **R**epleti
prius pro panibus se locauerunt: et fame
licet saturati sunt. **O**onet sterilis peperit
plurimos: et que multos habebat filios
infirmata est. **O**mninus mortificat et
uiuificat: deducit ad inferos et reducit.
Dominus pauperem facit et ditat: humiliat
et sublimat. **S**uscitans de puluere ege-
rum: et de stercore erigens pauperem. **V**t
sedeat cum principibus: et solium glorie
teneat. **O**mnini enim sunt cardines ter-
re: et posuit super eos orbem. **S**edes sanctorum
suorum seruabit et impij in tenebris con-
ticescent: quia non in fortitudine sua ro-
borabitur uir. **O**mninum formidabunt
aduersarij eius: et super ipsos in celis tona-

bit **D**ñs iudicabit fines terre: et dabit imperium regi suo: et sublimabit cornu

Cantemus dño **P**atris sui. gloriose enim honorificatus est: equum et ascensorem proiecit in

mare **F**ortitudo mea et laus mea dñs: et factus est michi in salutem. **I**ste d's

meus et honorificabo eum d's patris mei et exaltabo eum **D**ñs quasi uir pugna tor, om̄pe nomen eius: currus pharao nis et exercitum eius proiecit in mare.

Electi principes eius submersi sunt in mari rubro: abyssi operuerunt eos: descenderunt in profundum quasi lapis.

Dextera tua magnificata in fortitudine dextera tua dñe percussit inimicū: et in multitudine glorie tue disposuisti aduersarios meos **M**isisti iram tuam que

deuorauit eos sicut stipulam: et in spū furoris tui congregatae sunt aque **S**te tit unda fluens: congregatae sunt abyssi

in medio mari. **O**rit inimicus psequar
et comprehendam diuidam spolia implebitur
anima mea. **E**uaginabo gladium
meum: interficiet eos manus mea. **F**la
uit spiritus tuus et opuit eos mare: submer
si sunt quasi plumbum in aquis uehem
tibz. **Q**uis similis tui in fortibz dñe: quis
similis tui: magnificus in scitate: ter
ribilis atq; laudabilis. et faciens mira
bilis. **E**xtendisti manum tuam: et
deuorauit eos terra. **O**ix fuisti in mi
sericordia tua: populo quem redemisti.
Et portasti eum in fortitudine tua ad
habitaculum scin tuum. **A**scenderunt
ppli et irati sunt: dolores obtinuerunt
habitatores philistim. **T**unc contur
bati sunt principes edom: robustos mo
ab obtinuit tremor: obriguerunt om
nes habitatores chanaan. **T**rruat sup
eos formido et pauor: in magnitudine
brachij tui. **F**iant immobiles quasi la

pis donec p̄transeat populus tuus iste
 quē possedisti **I**ntroduces eos et planta
 bis in monte hereditatis tue: firmissi
 mo habitaculo tuo quod opatus es dñe.

Sanctuarium tuum dñe quod firma
 uerunt manus tue: dñs regnauit in
 eternum et ultra **I**ngressus est enim

pharao cum curribus et equitibus eius in
 mare: et reduxit dñs super eos aquas ma
 ris **F**ilij autem isrl: ambulauerunt

per siccum in medio eius **G**loria

Domine audiui auditionem tuā
 et timui **D**omine opus tuum in
 medio annorum uiuifica illud

in medio annorum notum facies: cum
 iratus fueris misericordie recordaberis **D**eus

ab austro ueniet: et sc̄s de monte pha
 ran **A**peruit celos gloria eius: et laudis
 eius plena est terra **S**plendor eius ut

lux erit: cornua in manibus eius **I**bi ab
 sc̄dita est fortitudo eius: ante faciem

eius ibit mors **E**gredietur dyabolus
ante pedes eius: stetit et mensus ē tram.

Asperxit et dissoluit gentes: et contriti
sunt montes seculi **I**ncurvati sunt colles
mundi: ab itineribus eternitatis eius **P**ro
iniquitate iudi tentoria ethyopie: turba
buntur pelles terre madian **N**umquid
in fluminibus iratus es dñe numquid in
fluminibus furor tuus: uel in mari indig
natio tua **Q**ui ascendis sup equos tuos:
et quadrigę tue saluatio **S**uscitans sus
citabis arcum tuum: iuramenta tribu
bz que locutus es **P**luuios sendes terre
uiderunt te aque et doluerunt montes:
gurges aquarum transijt **S**edit abyss
sus uocem suam: altitudo manus suas
leuauit **S**ol et luna steterunt in habi
taculo suo: in luce sagittarum tuarum
ibunt in splendore fulgurantis haste tue.
In fremitu conculcabis terram: in furore
obstupe facies gentes **E**gressus in salu

tem populi tui: in salutem tuam xpo tuo.

Rertulisti caput de domo impij: denuda-
sti fundamentum usq; ad collum. **M**ale
dixisti sceptris eius: capiti bellatorum et
uenientibus ut turbo ad dissipandum me.

Exultatio eorum sicut eius qui deuorat
paupem in abscondito. **V**iam fecisti in

maris equis tuis: in luto aquarum mil-

itarum. **A**udui et conturbatus e uen-

ter meus: a uoce contremuerunt labia

mea. **I**ngrediatur putredo in ossibus

meis: et subter me scateat. **E**t requies-

cam in die tribulationis: et ascendam

ad pplm accinctum nr̄m. **F**icus enim

non florebit: et n̄o erit germen uineis.

f

Mentietur opus oliue: et arua n̄o af-

ferent cibum. **A**bscidetur de ouili petus:

et n̄o erit armentum in p̄sepibus. **E**go

autem in d̄no gaudebo: et exultabo in

deo ihesu meo. **D**eus v̄ns fortitudo mea:

et ponet pedes meos quasi ceruorum.

Et sup extella mea deducet me: victor in

psalmis canentem **G**loria. **R**

Audite celi que loquar: audiat ter

ra uerba oris mei **C**oncresecat in

pluuia doctrina mea: fluat ut ros eloq

uin meum **Q**uasi ymber sup herbam.

et quasi stille sup gramina: quia nomen

oñi inuocabo **O**ate magnificentia deo

nro dei pfecta sunt opera: et omnes uie

eius iudicia **D**eus fidelis est et absq ulla

iniquitate iustus et rectus peccauerunt

ei: et nro filij eius in sordibz **G**eneratio

praua atq puerfa: hecine reddis dno

popule stulte et insipiens **N**umquid nro

ipse est pater tuus: qui possedit et fecit

et creauit te **M**emento dierum antiquoz

cogita generationes singulas **I**nterro

ga patrem tuum et annunciabit tibi:

maiores tuos et dicent tibi **Q**uando ui

uidebat altissimus gentes: quando sepa

bat filios adam **C**onstituut terminos

populorum: iuxta numerum filiorum israel.

Pars autem domini populus eius: iacob funi-
culus hereditatis eius. **I**nuenit eum in

terra deserta: in loco horrois et uaste so-
litudinis. **C**ircumdixit eum et docuit: et
custodiuit quasi pupillam oculi sui.

Sicut aquila prouocans ad uolandum
pulos suos: et super eos uolitans. **E**xpandit
alas suas et assumpsit eos: atque portauit

in humeris suis. **O**mnis solus dux eius

fuit: et non erat cum eo deus alienus. **C**on-

stituit eum super excellentiam terram: ut co-

deret fructus agrorum. **U**t suggeret

mel de petra: oleumque de saxo durissimo.

Butyrum de armento et lac de ouibus
cum adipe agnorum et arietum filiorum

basan. **U**t hyrcos cum medulla tritici:

et sanguinem uive biberent meracissi-

mum. **I**ncrassatus est dilectus et recal-

citrauit: incrassatus impinguatus di-

latus. **R**ereliquit deum factorem suum

et recessit a deo salutari suo **P**rovo-
cauerunt eum in dijs alienis: et in habomi-
nationibus ad iracundiam concitauerunt.

Immolauerunt demonijs et nō deo: dijs
quos ignorabant **N**oui recentescq̄ ue-
nerunt: quos nō coluerunt patres eorū.

Oeum qui te genuit dereliquisti: et ob-
litus es dñi creatoris tui **V**idit dñs et
ad iracundiam concitatus est: quia pro-
cauerunt eum filij sui et filie **E**t ait

dñs abscondam faciem meam ab eis: et
considerabo nouissima eorum **G**ene-
ratio enim puerſa est: et infideles filij.

Ipsi me provocauerunt in eo qui nō erat
deus: et irritauerunt in uanitatibus suis.

Et ego provocabo eos in eo qui nō est po-
pulus: et in gente stulta irritabo illos.

Ignis succensus est in furore meo: et ar-
debit usq̄ ad inferni nouissima **R**euo-
labitq̄ terram cum germine suo: et
montium fundamenta comburet **N**on

gregabo super eos mala: et sagittas meas com-
 plebo in eis. **C**onsumentur fame: et devor-
 abunt eos aves morsu amarissimo. **O**en-
 tes bestiarum immittam in eos: cum furore
 trahentium super terram atque serpentium.
Foris vastabit eos gladius: et intus pa-
 uor: iuuenem simul ac uirginem lacten-
 tem cum homine sene. **E**t dixi ubi nam
 sunt: cessare faciam ex hominibus memori-
 am eorum. **S**ed propter iram inimicorum distu-
 li: ne forte superbirent hostes eorum. **E**t
 dixerunt manus nostra excelsa: et non dominus fe-
 cit hec omnia. **M**ens absque consilio est et
 sine prudentia utinam scaperent et intel-
 ligerent: ac nouissima prouiderent. **Q**uo
 modo persequebatur unus mille: et duo
 fugarent decem milia. **N**onne ideo quia
 deus suus uendit eos et dominus conclusit
 illos. **N**on enim est deus noster ut dii eorum:
 et inimici nostri sunt iudices. **D**e uinea
 sodomorum uinea eorum: et desubur

v
banis gomorre **V**ua eorum uua fellis:
et botrus amarissimus **F**el draconum
uinum eorum et uenenum aspidum in
sanabile. **N**onne hec condita sunt apud
me: et signata in thesauris meis **M**ea ē
ultio et ego retribuam eis in tempe: ut
labatur pes eorum **I**uxta est dies ydici
onis: et adesse festinant tempora **I**udi
cabit dñs pplin suum et in seruis suis
miserebitur **U**idebit quod infirmata
sit manus: et clausi quoq; defecerunt:
residuiq; consumpti sunt **E**t dicent
ubi sunt dy eorum: in quib; habebant
fiduciam **O**e quorum uictimis come
debant adipēs: et bibebant uinum ly
baminū **S**urgant et opitulentur uo
bis: et in necessitate uos ptegant **V**ide
te quod ego sim solus: et non sit alius
deus preter me **E**go occidam et ego ui
uere faciam: percutiam et ego sanabo:
et nō est qui de manu mea possit eruere.

Leuabo ad celum manum meam: et
dicam uiuo ego in eternum **S**i aciero
ut fulgur gladium meum: et arripue
rit iudicium manus mea **R**edoam ul
tionem hostibz meis: et hys qui oderunt
me retribuam **T**enebiabo sagittas meas
sanguine: et gladius meus deuorabit
carnes **T**e cruore occisorum et de capti
uitate nudati inimicorum capitis **L**au
date gentes pplm eius: quia sanguinem
seruorum suorum ulciscetur **V**t iudic
tam retribuet in hostes eorum: et ppius
erit terre populi sui. **G**loria

Benedicite omnia opa dñi dño: lau
date et superaltate eum in secula.
Benedicite angeli dñi dño: bened celi
dño **B**ened aque omnes que sup celo sut
dño: bened omnes uirtutes domini dño.
Bened sol et luna dño: bened stelle celi dño.
Bened omnis ymber et ros dño: bened om
nis spe dei dño **B**ened ignis et estus dño:

Benedicite frigus et estas dño **B**ened rores
et pruina dño: bened gelu et frigus dño.
Bened glacies et niues dño: bened noctes
et dies dño **B**ened lux et tenebre dño:
bened fulgura et nubes dño **B**enedicat
terra dño: laudet et superaltet eum in
secula. **B**enedicite montes et colles dño:
bened uniuersa germinantia in terra dño.
Bened fontes dño: bened maria et flu
mina dño **B**ened cete et omnia que
mouentur in aquis dño: bened omnes
uolucres celi dño **B**ened om̄s bestie et
pecora dño: bened filij hominum dño.
Benedicat terra dño: laudet et superal
tet eum in secula **B**ened sacerdotes dñi
dño: benedicite serui dñi dño **B**ened
sp̄c et anime iustorum dño: bened sc̄i
et humiles corde dño **B**ened ananyas
azarjas mysahel dño: laudate et sup
exaltate eum in secula **B**enedicamus
patrem et filium cū sc̄o sp̄ritu: laudem

et superexaltatus eum in secula. **B**enedic-
tus es dñe infirmamento celi: et lauda-
bilis et gloriosus et superexaltatus in secula.

Benedictus dñs deus isrl: quia
visitavit et fecit redemptione ple-
bis sue. **E**t erexit cornu salutis no-
bis: in domo dauid pueri sui. **S**icut lo-
cutus est per sanctorum: qui a seculo sunt p-
phetarum eius. **S**alutem ex inimicis nris:
et de manu omnium qui oderunt nos.

Ad faciendam misericordiam cum patribus
nris: et memorari testamenti sui scilicet. **I**us
iurandum quod iuravit ad abraham pa-
trem nrm: daturum se nobis. **V**t sine
timore de manu inimicorum nrorum li-
berati: seruiamus illi. **I**n sanctitate et
iusticia coram ipso: omnibus diebus nris. **E**t
tu puer ppheta altissimi uocaberis: pibis
enim ante faciem dñi parare uias eius.

Ad dandam scienciam salutis plebi eius:
in remissionem peccatorum eorum. **P**er uis-

cera misericordie dei nri: in quibus uisita
uit nos oriens ex alto **I**lluminare hijs
qui in tenebris et umbra mortis sedent:
ad dirigendos pedes nostros in uiam pacis.

Te deum laudamus: te dnm con
fitemur **T**e eternum patrem om
nis terra ueneratur **T**ibi omnes an

geli: tibi celi et uniuerse potestates **T**ibi
cherubin et seraphin: incessabili uoce p
clamant **S**anctus **S**cs **S**cs dñs deus

sabaoth **P**leni sunt celi et terra: maiesta
tis glorie tue **T**e gloriosus apostolorum

chorus **T**e prophetaru: laudabilis nume
rus **T**e martirum candidatus: laudat

exercitus **T**e per orbem terrarum: sca confi
tetur ecclesia **P**atrem immense maiesta

tis **V**enerandum tuum uerum: et uni
cum filium **S**cm quoq: paraditū spm.

Tu rex glorie xpe **T**u patris sempiterni
es filius **T**u ad liberandum suscepturus
hominem: nō horruisti uirginis uterū.

Tu de iudicio mortis aculeo aperisti credenti
bus regna celorum **T**u ad dexteram dei sedes:
in gloria patris **I**udex crederis: esse ventu
rus **T**e ergo quesumus tuus famulis sub
ueni: quos precioso sanguine redemisti.

Eterna fac cum sanctis tuis: gloria munera
ri **S**aluum fac populum tuum domine: et bene
dic hereditati tue **E**t rege eos et extolle
illos usque in eternum **P**er singulos dies
benedicimus te **E**t laudamus nomen
tuum in seculum: et in seculum seculi **O**ignare

domine die isto: sine peccato nos custodire **M**
iserere nostri domine: miserere nostri **F**iat miseri

dia tua domine super nos: quem ad modum
sperauius in te **I**n te domine speraui: non
confundar in eternum **P**

Magnificat anima mea dominum **E**t ex
ultauit spiritus meus: in deo salu
tati meo **Q**uia respexit humilitatem

ancille sue: ecce enim ex hoc beatam me
dicent omnes generationes **Q**uia fecit

michi magna qui potens est: et sc̄m̄ nomen
eius. **E**t misericordia eius a progenie in
genies timentibz eum. **F**ecit potentia in
brachio suo: disp̄sit sup̄bos mente cordis sui.

Deposuit potentes de sede: et exaltauit
humiles.

Esuriētes impleuit bonis et
diuites dimisit inanes. **S**uscepit israhel
puerum suum: recordatus misericordie sue.

Sicut locutus est ad patres nostros: abra
ham et semini eius in secula. **G**loria

Nunc dimittis seruum tuum dñe:
sc̄m̄ ūbum tuum in pace. **Q**uia
uiderunt oculi mei: salutare tuū

Quod paraisti ante faciem: omnium po
puloꝝ. **L**umen ad reuelationē gentiū:
et gloriam plebis tue isrl. **G**loria.

Qui cumq; uult saluus esse ante
omnia opus est ut teneat catho
licam fidem. **Q**uam nisi quisq;

integram inuolatamq; seruaerit: abs
q; dubio in eternum peribit. **F**ides autē

catholica hec est ut unum deum in trini-
tate: et trinitatem in unitate ueneremus.

Nec confundentes psonas: nec substantiam separantes. **A**lia est enim psona patris: alia filij. alia et sp̄s sc̄i. **S**ed patris et filij et sp̄s sc̄i una est diuinitas equalis gloria: cetera maiestas. **Q**ualis pater talis filius: talis et sp̄s sc̄s. **I**ncreatus pater increatus filius: increatus et sp̄s sc̄s.

Immensus pater immensus filius: immensus et sp̄s sc̄s. **E**ternus pater eternus filius: eternus et sp̄s sc̄s. **E**t tamen nō tres eterni: sed unus eternus. **S**icut nō tres increati nec tres immensi: sed unus increatus et unus immensus. **S**imiliter omnipotens pater omnipotens filius: omnipotens et sp̄s sc̄s. **E**t tamen nō tres omnipotentes: sed unus omnipotens. **I**ta deus pater deus filius: deus et sp̄s sc̄s. **E**t tamen nō tres dei: sed unus est deus. **I**ta dñs pater dñs filius: dñs et sp̄s sc̄s. **E**t tamen nō tres dñi:

sed unus est dñs **Q**uia sicut singilla
tam unam quamq; psonam deum aut
dñm confiteri xpiana uenitate compel
limur **I**ta tres deos aut dños dicere
catholica religione phibemur **P**ater
a nullo est factus: nec creatus nec geni
tus **F**ilius a patre solo est: nō factus
nec creatus sed genitus **S**piritus sc̄s
a patre et filio non factus nec creatus nec
genitus sed pcedens **V**nus ergo pater
non tres patres unus filius nō tres filij:
unus sp̄c sc̄s nō tres spiritus sc̄i **E**t in
hac trinitate nichil prius aut posterius:
nichil maius aut minus **S**ed tote tres
psone coeterne sibi sunt: et coequales.
Ita ut p omnia sicut iam supra dictum
est ut trinitas in unitate et unitas in
trinitate ueneranda sit **Q**ui uult ergo
saluus esse: ita de trinitate sentiat **S**ed
necessarium est ad eternam salutem:
ut incarnationem quoq; dñi nri ihu

xpi unusquisque fideliter credat **E**st ergo
 fides recta ut credamus et confiteamur
 quia dñs n̄r ih̄c xpc dei filius deus et ho
 mo est **D**eus est ex substantia patris an
 te secula genitus: et homo est ex substan
 tia matris in seculo natus **P**erfectus
 deus pfectus homo: ex anima rationali
 et humana carne subsistens **E**qualis
 patri secundum diuinitatem: minor pa
 tre scdm̄ humanitatem **Q**ui licet deus
 sit et homo: n̄o duo tamen s̄ unus est xpc.
Vnus autem n̄o conuersione diuinitatis
 in carne: sed assumptione humanitatis
 in deo **U**nus omnino n̄o confusione sub
 stantie: sed unitate p̄sone **N**am sicut
 anima rationalis et caro unus est homo:
 ita deus et homo unus est xpc **Q**ui pas
 sus est pro salute n̄ra: descendit ad infe
 ros resurrexit a mortuis **A**scendit ad
 celos sedet ad dexteram dei patris omni
 potentis **I**nde uenturus est iudicare

uiuos et mortuos **A**d cuius aduentū
omnes homines resurgere habent cum
corporibus suis **E**t reddaturi sunt de
factis proprijs rationem **E**t qui bona
egerunt ibunt in uitam eternam: qui
uero mala in ignem eternum **H**ec est
fides catholica quam nisi quisq; fide
liter firmiter q; crediderit: saluus esse
non poterit **G**loria patri et filio et spi
ritui sancto **S**icut erat in principio et
nunc et semper et in secula seculorum
amen.

Kyrielejſon.
 Xpelejſon.
 Kyrielejſon.

Xpe audi nos al
 uator mundi adiu
 ua nos **P**ater de ce
 lis ds miserere nob.

Qui es trinus et un
 deus miserere nobis.

Sca dei genitrix ora p.

Sca uirgo uirginu ora.

Sca Maria ora p nob.

Sce Michael. or.

Sce Gabriel. or.

Sce Raphael. or.

Oms sci angli et archa
 geli orate pro nobis.

Sce Johannes baptil
 ta ora pro nobis.

Oms sci patriarche
 et pphete orate p nob.



Sce petre. or.
Sce paulo. or.
Sce andrea. or.
Sce iacobe. or.
Sce iohannes. or.
Sce philippe. or.
Sce bartholomee
 ora pro nobis
Sce iacobe. or.
Sce thoma. or.
Sce mathie. or.
Sce iuda. or.
Sce symon. or.
Sce mathia. or.
Sce luca. or.
Sce marce. or.
Sce barnaba. or.
Omnes sci apostoli
 et euangeliste ora
 te pro nobis.



Sancte Stephane. or
Sancte Line. or
Sancte Clete. or
Sancte Clemens. or
Sancte Corneli. or
Sancte Cypriane. or
Sancte Laurenti. or
Sancte Vincenti. or
Sancte Blasi. or
Sancte Mauriti cum
 socijs tuis ora.
Sancte Dionisi cum so
 cijs tuis ora. p
Sancte Bonifaci cum
 socijs tuis ora.
Sancte Eusthachi cu
 socijs tuis ora.
Omnes sancti mar
 tires orate pro
 nobis.



S cc̄ Siluester.	or̄
S cc̄ Leo.	or̄
S cc̄ Hylari.	or̄
S cc̄ Martine.	or̄
S cc̄ Seuerine.	or̄
S cc̄ Nycolae.	or̄
S cc̄ Jeronime.	or̄
S cc̄ Benedicte.	or̄
S cc̄ Gregorij.	or̄
S cc̄ Amande.	or̄
S cc̄ Seruati	or̄
S cc̄ Godeharde.	or̄
S cc̄ Ambrosi.	or̄
S cc̄ Augustine.	or̄
S cc̄ Odalrice.	or̄
S cc̄ Georgi.	or̄
S cc̄ Lamberte	or̄
O mnes sancti con fellores orate pro nobis	



Sc̄a felicitas. or̄
Sc̄a perpetua. or̄
Sc̄a petronilla. or̄
Sc̄a agatha. or̄
Sc̄a agnes. or̄
Sc̄a brigida. or̄
Sc̄a cecilia. or̄
Sc̄a litta. or̄
Sc̄a margareta or̄
Sc̄a katherina or̄
Sc̄a Gertrudis or̄
Sc̄a Ursula cū so
 cys tuis ora p no
Sc̄a maria Magda
 lena ora p nobis
Sc̄a Scolastica. or̄
Sc̄a afra. or̄
Omnes sancte uir
 gines et uidue
 orate p nobis.



Omnes sc̄i orate pro nobis **P**ropicius esto
parte nobis dñe **P**ropicius esto libera nos

dñe **A**b omni malo libera nos dñe **A**b
ira tua **A** peste clade et fame **A** subiti-

tanea et improuisa morte **P**er aduen-
tum tuum **P**er natiuitatem tuam **P**er

baptismum tuum **P**er ieiuniū
tuum **P**er mortem et sepulturam tu-

am **P**er resurrectionem et ascensionē
tuam **P**er aduentum sc̄i sp̄s pacti **P**er

Indie iudicij libera nos dñe **P**eccatores te
rogamus audi nos **V**t pacem et concor-
diam nobis dones te rogamus audi nos.

Vt aeris temperiem bonam nob̄ do. te. ro.

Vt pluuiā nob̄ dones oportunā te ro.

Vt fruges t̄re nob̄ dare et conseruare

digneris te ro **V**t morbos auferas famem

mortalitatemq̄ repellas te ro **V**t sani-

tatem mentis et corporis nob̄ do. te ro **V**t

infirmantibz sanitatem dones te ro **V**t

mentes nr̄as ad celestia desideria erigere

digneris te ro. **V**t nos custodire digneris

te ro. **U**t nos exaudire digneris te ro **F**ili

dei te rogamus audi nos **A**gne dei qui

tollis peccata mundi parte nobis dñe **A**g

ne dei qui tollis peccata mundi exaudi

nos dñe **A**gne dei qui tollis peccata mun

di miserere nobis. **X**p̄e audi nos **K**yr̄iel

Xp̄el **K**yr̄iel **P**ater n̄r **E**t ne nos **S**al

uos fac seruos et ancillas tuas **O**eus m̄s

syantes in te **M**itte eis dñe auxiliū de sc̄o.

Et de syon tuere eos **E**sto eis dñe turris

fortitudinis. a facie inimici **O**ñe exaudi

orationem meam **E**t clamor meus ad te

ueniat. **O**remus.

Parte dñe parte peccatis n̄ris. et quā

uis incessabiliter delinquentibz cō

tinua pena debeatur p̄ra q̄s: ut quod

ad p̄petuum meremur exitum transeat

ad correctionis auxiliū. **¶**

Pretende dñe fidelibz tuis dexteram

celestis auxiliij: ut et te toto corde

sequantur et que digne postulant conse-

Sequi mereantur. *Et dñm*
Sempiterna dñs messorum
consolatio laborantium fortitudo.
perveniant ad te preces de quacumque tribu-
lacione clamantium: ut omnes in neces-
sitatibus suis misericordiam tuam sibi gaude-
ant affuisse. *Et xpm dñm nr̄m amen.*

Placebo dño in regione uiuorum.

*Dilexi quō exaucliet. Secum michi quia inco-
latus meus plongatus est. Ad dñm cū tribu.*

*Dñs custodit te ab omni malo custodiat animā
tuam dñs Leuaui oculos me Si iniqui-
tates obseruaueris dñe dñe quis sustinebit.*

*De profundis Opera manuum tuarum dñe
ne despicias Confitebor tibi dñe in toto.*

*Tuam dñs deposcamus pietatem ut eis tribuere
digneris lucidas et quietas mansiones. Mag-
nificat anima Audiui uocem de celo dicentē
michi Scribe beati mortui qui in domino mori-
untur. Surge dñe dñs nr̄s In conspectu*

tuo uiam meam. Verba mea Conuertere

dñe et eripe animam meam quō nō est in morte

qui memor sit tui. Dñe ne in furore tuo

Miserere mei domine Ne quando rapiat ut leo ani-

mam meam dum nō est qui redimat neq; qui sal-

uum faciat Dñe d's meus in te speraui. Di-

rige dñe d's m's In conspectu tuo uiam meā Pater n'r.

Parce michi dñe: nichil enim

Psunt dies mei. Quid est homo quia

magnificas eum: aut quid apponis

erga eum cor tuum? Visitas eum diluculo:

et subito probas illum. Ysep; quo non

parcis michi: nec dimittis me ut gluci-

am saluam meam? Peccauit. Quid faci-

am tibi o custos hominum? Quare me

posuisti contrarium tibi: et factus sum

michi met ipsi grauis? Cur non tollis

peccatum meum: et quare nō auferis

iniquitatem meam? Ecce nunc in pul-

uere dormio: et si mane me quesieris

nō subsistam **M**anus tue dñe fecerunt

me et plasmauerunt me totum ego autem homo
natus de muliere breui uiuens tempore peccavi
iniquitatem feci in conspectu tuo. **C**um uene-
ris iudicare noli me condemnare ne gaudeat
inimicus meus super me. In conspectu tuo

Tedet animam meam uite mee di-
mittam aduersum me eloquium
meum. Loquar in amaritudine
anime mee: dicam deo noli me condemp-
nare. Iudica michi: cur me ita iudices?
Numquid bonum tibi uidetur si calump-
nieris et opprimas me opus manuum
tuarum: et consilium impiorum ad-
iues? Numquid oculi carnei tibi sunt:
aut sicut uidet homo et tu uides? Num-
quid sicut dies hominis dies tui: et
anni tui sicut humana sunt tempora:
ut queras iniquitatem meam et pec-
catum meum scruteris: et scias quia
nichil impium fecerim: cum sit nemo
qui de manu tua possit eruere. **M**e

mento queso dñe qđ sicut lutum feceris me et in pul
uerem reduces me nonne sicut lac mulsisti me et sic
caseum me coagulasti pelle et carne uestisti me ossib⁹

et nervis compegisti me **V**itam et misericordiam
tribuisti michi et uisitatio tua custodiuit spm meū

Anus tue dñe fecerunt **H**onne
me et plasmauerūt me totum incur
uitur: et sic repente p̄cipitas me.

emento queso quod sicut lutum feceris
me: et in puluerem reduces me. Nonne si
cut lac mulsisti me: et sicut caseum me
coagulasti: Pelle et carne uestisti me: os
sibz et nervis compegisti me. Vitam et
misericordiam tribuisti michi: et uisitatio tua
custodiuit spm meum **N**e tradas dñe bestijs

animas confitentium tibi et animas paupum tuorū
ne obliuiscaris in finem **M**emorare que sit nra sub
stantia dñe et quia nō uane constituisti omnes filios

hominum. Et aīas In loco pascue ibi me collocauit.
Dñs regit me Delicta iuuentutis mee et ignoran
tias meas ne memineris dñe Ad te dñe leuaui.

Dñs regit me Delicta iuuentutis mee et ignoran
tias meas ne memineris dñe Ad te dñe leuaui.

Credo uidere bona dñi in terra uiuentium. Dñs
illuminatio Delicta uiuentis mee. Et ignoran
meas ne memineris dñe. Pater n̄r. Et ne nos.

Responde michi quantas habeo
iniquitates et peccata. scelera mea atq̄
delicta ostende michi. Cur faciem tu
am abscondis. et arbitraris me inimicum
tuū. Contra folium qđ uento rapit̄ osten
dis potentiam tuā. et stipulam siccam pse
queris. Scribis enī contra me amaritudines.
et consumere me uis peccatis adolescentie
mee. Posuisti in neruo pedem meū et ob
seruasti om̄s semitas meas. et uestigia pe
dum meor̄ considerasti. Qui quasi putredo
consumendus sum. et quasi uestimentum
qđ comeditur a tineā. **Q**uomodo confitebor tibi
dñe d̄s meus quando ueneris in iudicium tuum q̄a
cor meum mundum nō custodiuit animam meā
in carne positam pollui templum corporis mei et o
pere iniquitatis conquinauī. **P**recoꝝ te dñe ante
q̄a discueris me miserere mei. **T**ibi soli peccaui

domine. Misere mei.

Homo natus de muliere breui uiuens
 tempe. repletur multis miseris. Qui
 quasi flos egreditur et conteritur et
 fugit uelud umbra: et nunquam in eodem
 statu permanet. Et dignum ducis super
 huiusmodi aperire oculos tuos: et adducere eum
 tecum in iudicium. Quis potest facere mun-
 dum de immundo: conceptum semine. Ho-
 ne tu qui solus es. Breues dies hominis
 sunt: numerus mensium eius apud te
 est. Constituisti terminos eius: qui preter-
 iti non poterunt. Recede ergo paulum ab eo
 ut quiescat donec optata ueniat: et sicut
 mercennarii dies eius. **R**ogamus te domine deus
 noster ut suscipias animas eorum defunctorum pro quibus
 sanguine tuum fudisti recordare quia pulvis sum
 et homo sicut fenulum et flos agri. **M**isericors et
 miserator et uisite domine. Recordare quia
Signum habet spem. Si percussum fuerit
 rursum uirescat: et rami eius pululant.

Si senuerit intexta radix eius et in puluere
emortuus fuerit truncus et ad odorem aque
germinabit: et faciet comam quasi cum primum
plantatum est. Homo uero cum mortuus
fuerit nudatus atque consumptus: ubi que
so est: Quomodo si recedant aque de ma
ri et fluvius uacuefactus areseat: sic ho
mo cum dormierit non consurget donec at
teratur celum: non euigilabit nec consur
get de sompno suo.

Redemptor meus uiuit
et in nouissimo resurgam et renouabuntur de
nuo ossa mea et in carne mea uidebo dominum me
um.

Lauda anima mea dominum laudabo dominum
in uita mea psallam deo meo quam diu ero.

Et reno. Ne derelinquas me domine deus meus ne
discesseris a me domine in furore tuo. Quomodo sagittae.

Sana domine animam meam quia peccaui tibi. Beatus
qui intel.

Sicut anima mea dominum uiuum quan

do ueniam et apparebo ante faciem dei. Quomodo admo.

Anima mea turbata est ualde. Et tu domine succurre
domine michi hoc tribuat ut in in g.

ferno protegas me et abscondas me donec p
 traseat furor tuus: et constituas michi tem
 pus in quo recorderis mei: Putas ne mor
 tuus homo rursum uiuat? Cunctis die
 bz quibz nunc milito: expecto donec ueni
 at immutatio mea. Vocabis me et ego
 respondebo tibi: operi manuum tuaru
 porriges dexteram. Tu quidem gressus
 meos dinumerasti: s; parte peccatis meis.

Absolue dne animas eoz ab omni uinculo delict
 torum no eas tormentum mortis attingat non
 reorum cathena constringat sed miseratio tua
 in pacis eas ac lucis regione constituat. **S**i qz
 illis sint dne digne cruciatibz culpe tu eas gra

tia lenitatis indulge. Non reorum.

Spiritus meus attenuabitur dies mei
 abbreviantur: et solum in super
 est sepulchrum. Non peccauy. et in ama
 ritudinibz morabitur oculus meus. Libe
 ra me dne et pone me iuxta te: et cui
 us manus pugnet contra me. Dies mei

transierunt cogitationes me dissipate sunt:
torquentes cor meum. Noctem uerterunt in
diem: et rursus post tenebras spero lucem.
Si sustinuerit infernus domus mea est: et
in tenebris stravi lectulum meum. Pueri
mei dixi: pater meus es: mater mea soror
mea uermibus. Vbi est ergo nunc prestolatio
mea et patientia mea? Tu es domine deus meus.

Deus eterne in cuius humana condicio potestate con-
sistit animas omnium fidelium defunctorum quesum ab-
solue peccatis ut penitentie fructum quem uolun-
tas eorum optauit preuenti mortalitate non perdant

Qui in cruce positus latronem sero penitentem sus-
cepisti eorum precamur pie peccata dilue. Ut peni-

Pelli mee consumptis carnibus adhe-
sit os meum: et derelicta sunt tantum
modo labia circa dentes meos. Mise-
remini mei miseremini mei saltem uos ami-
ci mei: quia manus domini tetigit me. Quare
me persequimini sicut deus: et in carnibus meis
saturamini. Quis enim tribuat ut scribantur

154
sermone mei: Quis michi det ut exaren-
tur in libro stilo ferreo: uel plumbilami-
na: uel celte sculpantur in silice: Scio enim
quod redemptor meus uiuit et in nouis-
simo die de terra surrecturus sum: et rur-
sum circumdabor pelle mea: et in carne
mea uidebo deum saluatorem meum. Que-
uisurus sum ego ipse et oculi mei conspec-
turi sunt: et non alius. Reposita est hec
spes mea in sinu meo.

Libera me domine de
morte eterna in die illa tremenda quando celi mo-
uendi sunt et terra. Dies illa dies ire dies calami-
tatis et miserie dies magna et amara ualde. Quan-
do celi. Requiem eternam dona eis domine. Et lux ppe.
Exultabunt domino ossa humiliata. Misere mei deus.
Exaudi domine orationem meam ad te omnis caro ueniat.
De decet. Ne suscepit dextera tua domine. Deus deus meus.
Exiisti domine animam meam ne periret Ego dixi in di-
omnis spiritus laudet dominum Laudate dominum de celis.
In memoria eterna erunt iusti. Ab auditione mala
non timebunt. Omne quod dat in pater ad me

ueniet et eum qui uenit ad me nō eiciam foras.
Benedict' dñs d's isrl'. Kyrieleyson Xpel' Kyriel'
Pater n'r. Requiem etiam dona eis dñe. Et lux p
petua luceat eis. A porta inferi. Erue dñe animas
eorum. Ne tradas dñe bestiis animas confitentiu
tibi. Et animas paupum tuorum ne obliuiscaris
in finem. Dñe exaudi orationē meā. Et clamor n'r

Quesumus dñe ^{ad te ueniat. Orem'.}
ut anime famuli tui. H. cui' obitus
diem primū. ii. iii. iiii. v. vi. vii. tri
cesimū uel anniūsatium cōmemoram'
scōrum atq; electorū tuorū largiri digne
ris consortium et rorem misericordie tue p

Shennis infundere. p dñm
Deus qui nos patrem et matrem ho
norare pcepisti miserere clementer
animabz patris et matris mee: eorumq;
peccata dimitte: meq; cū eis in eterne cla
ritatis gaudijs fac uiuere. p dñm.

Quesumus dñe p tua pietate miserere
anime famuli tui. H. et a contagijs

mortalitatis grutam in eterne saluationis
partem restitue. Et dñm nr̄m.

Omnis uenie largitor, et humane salu-
tis amator, q̄s immensam clementiã
tuam ut nr̄e congregationis fratres
et sorores et om̄s debitores nr̄os qui ex hoc
seculo transierunt: beata Maria semper
uirgine intercedente ad perpetue beatitu-
dinis consortium puenire concedas. Et

Fidelium d̄s omnium conditor,
et redemptor, animas famulorum
famularumq̄ tuarum: omnium
fidelium defunctorum remissione tunc
torum tribue peccatorum: ut indulgen-
tiam quam semper optauerunt pijs
supplicationibus consequantur. Et dñm
nr̄m ih̄m xp̄m filium tuum qui tecum
uiuit et regnat in unitate spiritus sc̄i.
Anime omnium fidelium defunctorũ
p̄ misericordiam dei requiescãt in pace.


amen.

hundert vier und
fünzig Jahr



25 Jan. / 1

2
3
4
5
6
7
28
37
38
44
50
62
63
77
78
90
91
92
93
94
100
101
14
14
14
25
7



Clm. 23094

Nr. 2399 Ausgang: Nov. 1961

I. Schäden: j² 30 30 30

II. Behandlung: 8 25 36 38 40

III. Besonderheiten:

